patris mei. Habeo em̃ quinq̃ fratres vt testet illis: ne & ipsi veniãt in locum hunc tormentoꝝ. Videt ergo q̃ illa petitio fuerit ex charitate. Respondeo q̃ in inferno nulla est charitas/ſz tota malignitas. Ad auctoritatẽ dico. q̃ licẽ in h̃ mundo sunt soci in peccatis: sic etiã in alio mũdo erunt soci in penis. Et quia multi simul sociati cũ minori timore peccãt q̃ vnus solus: sic pena maior est quãdo sunt plures. & quãto magis crescit numerus sociorum: tãto magis augmentatur pena. Sicut de igne: in quo quanto magis ponit de lignis: tanto magis augmẽtatur flamma: & vnũ lignũ incendit aliud. Ideo dives ille orauit: nõ ex charitate/ſz timore: ne pena augeretur in aduentu fratrũ suoꝝ: qui socij fuerãt in peccatis. Hec tamẽ ratio videtur dubitabilis: q̃ fm hoc damnati nollent aliquez damnari/ne pena eoꝝ augeret. Quod est falsum. quia immo vellent oẽs damnari/ & sanctos ꝓpter inuidiã & prauas affectiones: que cũ eis descendẽt in infernuz. Vñ super illud Esa. xiiij. Surrexerũt de solijs suis dicit Glo. Solatium est damnatis socios habere sue miserie. Dic ergo ſz Tho. quodli. viij. ar. xvij. q̃ damnati inuidia stimulante vellent ꝓpinquos suos cũ omnibus alijs esse damnatos: & dolebũt si sciãt aliquos esse saluatos ꝛc. Secundus locꝰ est purgandoꝝ: vbi habẽt fidem/spem/et charitatẽ. Primo quidẽ habent fidẽ: quia nondũ vident q̃ speciẽ. Item habẽt spem firmissimã & certissimã de tribus. ¶ Primo de adiutorio amicoꝝ q̃ suffragia sibi fient: & de hoc sperant. Vñ dicit Job. xix. Miseremi mei miseremini mei saltẽ vos amici mei: q̃ ma. do. te. me. ¶ Secõ bñt ſ. hẽm exẽũdi de purgatorio. ¶ Tertio spẽ habendi paradisum/q̃ nõ possunt peccare q̃ anima separata se firmat in gratia vel culpa mortali/fm statũ in quo egredit de corpore. Vñ Grego. xxv. di. Qualis hinc quisq̃ egredit/talis in iudicio ꝓsentat. Et flagella dei patiẽter sustinẽt in purgatorio ꝛc. Tertius locus est beatoꝝ. ſ. paradisus: vbi nõ est fides nec spes/sed ꝓfecta charitas solũ: & excellit. Fides em̃ habet defectũ essendi annexũ: sed in celo omnia videntur clare. j. Coꝝ. xv. Videmꝰ nunc speculũ in enigmate: tunc aũt facie ad faciem. Spes habz etiã defectũ essendi. ps. xvj. Satiabor cuz apparuerit gloria tua. Charitas autẽ nõ habet defectus essendi bonoꝝ: sed perficiet. iuxta illõ q̃ possunt dicere beati. j. Jo. iij. Deus in nobis manet: & charitas eius in nobis ꝓfecta est ꝛc. Quartus locus põt addi. ſ. locus puerorum vbi nõ est neq̃ fides/neq̃ spes/neq̃ charitas. Hã õ spe & charitate ꝓstat q̃ ibi nõ est: sed etiã fides nõ est. tum q̃ aie puerorum ibi nõ habẽt cognitionẽ de deo. Ro. x. Fides ex auditu ꝛc. tum ꝗa fides est de nõ visis. ſ. per rationẽ naturalem. Heb. x. Fides est argumentũ non apparentiũ ꝛc. Deo gratias. Amen.

¶ Finis sermonũ de aductu dñi vsq̃ ad. xl.

Ad Lectorem.

¶ Quisquis es/lecturus hos Petri Hieremie Siculi fmones/admonemꝰ/ne aliqua cõfusione terreare: si q̃d ex auctoris allegatiõe in hisce partibꝰ incertitudis occurrerit. Nam sermonũ diuisiones & ordinẽ abecdariũ adeo ꝓfusum accepimꝰ: vt aut mutatiõe aut pari erroris inuolucro nobis opus esset: alteꝝ mediocriter spero ꝓfecimꝰ/ vt nullus ex eo superet fastidio. (nulla em̃ ps citat nisi etiã titulus/quẽ frõte gerit in tabula/apponet: vtputa de peccõ de pnia/de. x. p̃ceptis ꝛc.) alterũ omni studio conabimur effugere/vt nr̃ conatꝰ nõ vbiq̃ incassuz cedat: nã in q̃driduo ducẽtos/vel eo amplꝰ errores ex archetypo inſr legẽdũ exemimꝰ: cuiꝰ rei occasionẽ eẽ dijudico icuritã gallice pubis ſp plus decite nũmo q̃ vtuti. Quare hic in nr̃a editiõe obseruamꝰ: cũ numero foliorum/tũ ordine alphabetico: seriẽ eã/q̃ videbat aptior & ad tpa & ritum catholice eccl̃ie. Habet tñ queq̃ ps/q̃ ad fieri potuit/frontẽ & dorsum: vt eam faciliter tuo placito quo lubet ordinare poteris. Vale.

¶ Sequit alia pars sermonũ de Peccato per. xl.

Incipit q̄dragesimale de peccatis in genere eiusdez fris ꝑ Petri Hieremie Et p̄mo de diffinitiōe peccati: Sermo.j.

Quasi a facie colubri fuge peccatuz. Eccli.xxj. Dicturus cū diuino patrocinio de peccatis in genere/i hac sacra q̄dragesima ante oia inuocandū arbitroz ꝑ̄s sancti gratiā. A quo oīe datū optimū z omne donū pfectū originat. Jac.j. Sed qz indignissimū me reputo: imediate ipsum p̄cib⁹ adire/recurro ad aduocatā nostrā potentissimā/z gloriosam virginez Mariā dicendo. Aue maria zc. Quasi a facie colubri zc. vbi s. Quia vt supra dixi intendo in hoc sacro tp̄e p̄dicare de peccatis in genere: tō talis ordo mihi assumendus erit in hac materia: p clariori audientiā intellectu z memoria tenatiori.

Primo nāq; dicaz de pctō in genere

Scdo de pctō originali fm se. z de pena eius/z de remedijs ipsius.

Tertio de pctō actuali mortali: z de penis seu de effectu ipius z de remedijs ei⁹.

Quarto de peccato veniali/et de pena ei⁹/z de remedijs ipsius. Loquēdo ergo de pctō in genere: querit primo quidnam sit pctm̄: Circa qō nota q fm quadruplicem causam rei datur quadruplex diffinitio de pctō. Sed attende q infra scripte diffinitiones nō dantur de pctō originali in quo nō est cōuersio: nec de pctō veniali in quo nō est cōuersio: sed de mortali actuali/in quo est conuersio z auersio.

¶ Primo quidē fm causaz efficientē peccatū sic diffinit ab Aug. lib. de duab⁹ naturis. Peccatū est voluntas ꝑsequēdi vel retinēdi qō iustitia vetat. Voluntas aūt est animi motus ad aliquid: vel nō imitādum vel adipiscendū fm Aug. j. lib. retractationū. Et xv.q.j.c.j. in pn. Voluntas igit est causa efficiēs peccati: adeo vt sine ipsa nullū peccatū cōmittatur. Vñ Aug. in lib. de vera religione. z in li. retractationū. Et Gratianus. xv.q.j.ca.j. Vsq; adeo peccatū voluntariuz malum est: vt nullo modo peccatū sit si nō sit voluntariū. Eodem modo nec pena eterna que consequit peccatū merek quis cōdemnari/nisi ꝑpria voluntas adesset. Bern̄. Tolle ꝑpria voluntatē/z nō erit infernus. Item Aug⁹. xxiij.q.iij. Nabuchodonosor. Vasis ire nunq; deus redderet interitū si nō spōtaneū inuenirek homo habere pctm̄. Unde si aliquis ignorātia inuincibili aliquid de genere maloz faceret non reputarek ei ad peccatū: quia hmōi ignorantia tollit voluntatē fm Tho. p.ij.q.vj. ark. viij. Et in decretis. xv.q.j. aliquos. z.c.se. Et Tho. j.ij.q.lxxvj.ar.iij. Et sic ecōtra: nullus potest mereri sine voluntate. Nec obstat de Salomone: q dormiēs impetrauit a deo donū sapiētie: vt dr. iij. Re. iij. z. ij. Paral. j. Quia Salomon nō meruit in dormiēdo sapientiā a deo: sed fuit signū precedētis desiderij: ꝑpter qō dicitur talis petitio deo placuisse. vt dicit Aug. xij. sup Gen. ad literā. Et nota Tho. ij.ij.q.clxij.ar.v. ad primū. Unde Chrys. super Mat. z in decretis. xxxij.q.v. Sicut em̄ pctm̄ opus sine volūtate nō facit: ita z iustitia ex opere non consumak nisi z voluntas affuerit zc. Si autez querak: que causa efficiens est male voluntatis: Respōdeo nullā esse causam. nisi quia ex nullo facta est: vt dicit Aug. xij. de ciui. dei. c. vij. vbi sic inquit Nemo igit querat efficientē causam male volūtatis. Non em̄ est efficiēs/sed deficiēs: qz nec illa effectio/sed defectio. Deficere nāq; ab eo q summe est: ad id qō minus est hoc incipere habere voluntatē malam. Porro causas defectionū istarū quū efficietes non sint vt dixi/sed deficientes velle inuenire: tale est ac si quisq; velit videre tenebras vel audire silentium: qō/tamen vtrūq; nobis notū est. Neq; illud nisi per oculos: neq; hoc nisi per aures non sane in specie nisi speciei priuatione. Hec ille. Sed nota q cū voluntas a deo sit nō potest esse nisi bona. Et ideo fm se nō est nata dicere nisi bonū: qz vt dr. Matt. vij. Non pōt bona arbor fructꝰ malos facere. Dic ergo q cū dicit/volūtas est causa effi

ciens peccati debet intelligi voluntas efficiēs.i.deficiēs seu defectus/seu inordinatio volūtatis/seu volūtas carēs directiōe regule rōnis et legis diuine. Que quidez si intēdit aliqō bonū cōmutabile:est causa actus quidē peccati per se:sed inordinationis actus p accidēs z pter intentionē. Prouenit em defectus ordinis in actu ex defectu directiōis in voluntate:z hoc sentit Tho.j.ij.q.lxxv.ar.j. Sed tunc instak q cuz omne malum sit pter intentionē et voluntatē agentis:vt dicit Dio.iij.de diuinis noibus.z pbatur in.iij.cōtra gentiles.c.iij. Videtur q pctm cū sit maluz sit pter intentionē agentis. ergo nō videtur esse pctm:quia de rōne peccati est q sit voluntariū/vt hic dicit. Et pterea omne qō est pter intentionē agētis dicit esse a casu vel a fortuna,vt nota,in.iij.3tra gentiles c.iij.sed inordinatio peccati est pter intentionē vt dictū est:ergo est a casu. Casualia aūt nō imputank nobis.ergo zc. Solutionem horū vide in.iij.cōtra gentiles.c.vj. Preterea videtur q voluntas nō sit causa efficiēs peccati:quia nō pōt esse idem subiectū peccati/z causa efficiēs:qz causa efficiens z materialis incidūt in eisdē:vt dicitur in.ij.physicoz. Sed volūtas est subiectū peccati.ergo zc. Sed z nota q ratio illa,procedit in causis efficiētibꝰ quarū actiones trāseunt in materiā exteriorē:z q non mouēt se sed alia:cuiꝰ contrariū est in voluntate,z ideo ratio nō sequit. Ex predictis ergo patz/q malū nō est pctm nisi sit volūtariū.z ideo si homo faceret aliquid ex violētia in nullo peccat.si vis infertur pōse vel absolute.l.di,presbyteros. Secꝰ autē si sit cōditionalis sicut metꝰ:quia talis metꝰ nō totaliter excusat a pctō:quia nō totaliter tollit voluntatez. Vñ z Glo. dicūt q coacta voluntas voluntas est:vñ nō excusat a toto:licet excuset a tāto. Extra.quod metus causa.sacris.et de bapt. maiores. Et Thom̄.idez vult pte,ij.q.vj.

¶ Scōa diffinitio peccati dak ab Augꝰ. fm causam materialē.xij.3tra Faustū sic. Peccatū est dictū vel factū vel concupitū 3tra legē eternā.i.dei. In qua quidē diffinitiōe ponūtur duo. Vnū,s.qō ptinet ad substantiā actus humani:qō est quasi materiale in pctō/cū dicit: Dictū vel factū vl cōcupitū. Aliud aūt qō ptinet ad rationē mali:qō est causa formalis cū dixit: Contra legē eternā. De hac aūt diffinitiōe vide latius p Tho.j.ij.q.lxxj.ar.vl. ¶ Tertia diffinitio peccati est fm cām formalē: z datur ab Amb.sic. Pctm̄ est puaricatio legis diuine z celestiū:inobedīētia mandatoz. Quā quidē diffinitionē exponere omitto. Vel dic fm Aug. Pctm̄ est priuatio speciei/modi/z ordinis. Declara vt habetur in sermone septuagesime:q incipit, "Quid hic statis tota die ociosi.in introitu.

¶ Quarta diffinitio pctī dak ab Augꝰ. fm causam finalē:z est ista. Pctm̄ est spreto incōmutabili bono rebus mutabilibꝰ adherere. Circa quā diffinitionē notādū q in pctō duo sunt. Primuz est auersio a creatore. Scōm est cōuersio ad creaturā. Deus aūt dicit bonū incōmutabile:z creatura bonū mutabile. Vide in sermonibꝰ xl.de penitētia,ser.j.in introitu. Istoz autē duoz primū est quasi formale in pctō. Scōm vero est quasi materiale. Qz autē forma dat esse rei:nō cōuersio ad creaturā nō habet rōnem peccati nisi ex auersione in q̄ est deformitas z cōtemptus. Qz aūt ratio cōuersionis actus nō sit pctm̄/pbak. Qz qñq; sine aliq̄ pctō cōuertik q̄s ad creaturā:vt cū cōuersio seu delectatio est naturalis fm qō visus delectak in viridi/gustus in dulci:z sic de alijs. Quādoq; etiā cū merito:qñ.s.illa delectatio refertur ad deuz. Vñ ps. Delectasti me dñe in factura tua. Da exēplū de cōtemplantibꝰ creaturas vt cognoscāt z diligant creatorem. Quādoq; cū pctō venali tm̄:vt cuz quis delectak in creatura plus debito:iz tamē circa deū. Da exemplū de primis motibꝰ vel alijs peccatis venialibꝰ:vt infra dicet dño cōcedente. Quādoq; cū pctō mortali vt qñ auersio est cū auersione a deo/vt dictū est. Qz aūt cōuersio est ad aliq̄d z habet actū nature substractū.i.subnixū:ideo pctm̄ accipik in mltiplicatione z numerū. Vñ cōuersio inordinata ad ppria excellētia dicik suphia. Cōuersio vero inordinata ad bona tpalia dicik auaritia. Conuersio ꝙo inordinata ad delectatiōes venereas dicik luxuria. Cōuersio ad vindictā dicitur ira. Cōuersio ꝙo inordinata ad cibū z potū dicik gula:z sic de alijs mortalibꝰ.

Sed nota q̄ cū actus morales accipiant formā ex fine.i. ex intētione finis agētis: vt notat Tho. pte.ij.q.j.ar.iij. videtur q̄ causa formalis z finalis pcti sit eadē. Sz rñde q̄ quantū ad actū pcti/pcti accipit formā ex fine vt dicit in argumēto: sed ſm hoc actus nō habet rōnem pcti. Quantū vero ad inordinatōez actus: forma actus pcti est ipsa ꝓuaricatio diuine legis: vt dicitur hic supra in ꝓma pte.j. diffinitiōe. Vel dic melius. q̄ ipsius pcti in genere forma est inordinatio actus: sed ipsius pcti in specie forma est finis intentus a peccante: q̄ finis est obiectū forme ipsius actus. Si igitur pcti in genere sortit formā ex auersione a deo: sed pcti in specie sortit formaz ex auersiōe ad creaturā. Ex p̄dictis ḡ ptz q̄ pcti formalit loquēdo nō est nisi ꝓuatio q̄dā defectus z corruptela. Et q̄ defectus sunt ꝓuatiōes bonoꝝ: z ꝓuatiōes nihil sunt ſm phm. sic tenebra q̄ est ꝓuatio lucis nō pcti dr esse nihil. sz tñ alicui⁹ est: q̄ alicui⁹ sp boni ꝓuatio est. Dicit aūt pcti nihil triplici ratione: sed ꝓintellectu horū declara Primo quō duo sunt in peccato. scz actus/z inordinatio rōnis actus. Verbi gratia in homicidio vel furto zc. Actus quidē nō est pcti ſm se: sed ordinatio rationis facit illud esse pcti. Pone exēpluz de iudice faciēte mori hominē suadēte iustitia. Item in deo precipiēte Abrae occidere filium Geñ.xxij. z in rebus Egyptiorū ablatis p Israelitas precipiēte domino Exo.vij. Patet ergo q̄ actus de se non est pcti/sed defectus rationis: z hoc non est nisi ꝓuatio sicut tenebra zc. Et iō nihil est ista. ramē inordinatio non p̄t esse sine actu: quia oīe malū est in bono. Probatur ergo triplici ratiōe q̄ pcti nihil est Prima ꝓpter defectū: q̄ pcti vt dixi nō est aliqua res naturalis/sed defectus boni siue corruptio. Exēplū vt dictū est ptz de tenebra que nihil aliud est nisi ꝓuatio lucis: z sic nō est aliud nisi nō existētia luciis per modū ꝓuatiōis. nō esse aūt nihil est: z hoc clarius ꝓbatur sic ſm Boetiuz. Constat deuz oia posse/nec esse aliud q̄ nō possit si velit: sed peccare nō potest: vt patz clare. ergo pcti nihil est/cū illud nec in se nec in alio possit de⁹. Nec est instātia si dicas q̄ currere/latrare: vel silia operari nō possit. q̄ z si talia nequeat facere in se ipo: ea tamē facit in alio. q̄ imurabilis in se manēs. Terrarum celiq̄ fatoz q̄ tps ab euo Ire iubes: stabilisq̄ manēs das cuncta moueri. Sed pcti sicut nec in se/ita nec in alijs p̄t efficere. Et sic ꝓstat pcti nihil esse. Ad idē. Omne q̄ō est/est a deo q̄ oia per ipm facta sunt Jo.j. Sed pcti nō est a deo. Q̄ō ꝓbatur: q̄ oīe q̄ō est a deo diligit de⁹. iuxta illud Sap̄.xj. Nihil odisti eoꝝ que fecisti. sed pcti est exosum deo: iuxta illud Sap̄.xiij. Odio sunt deo impi⁹ z impietas ei⁹. Et Ps. Odisti oēs q̄ operant iniq̄tatē. ergo pcti nō est a deo. Et h̄ p̄t esse vna alia ratio q̄ pcti est nihil. Dicit glo. Aug. Nihil. i. pcti. z sic posset ꝛgrue exponi illud Jo.xv. Sine me nihil potestis facere. ¶ Scōa ratio q̄re peccatū est nihil/est ꝓpter effectū: q̄ facit homine nihil esse. nō quidē quātū ad esse naturale/sed q̄ntū ad esse spūale. q̄ per peccatū priuat homo gratia z charitate: z ceteris virtutib⁹ infusis z donis/ꝓpter q̄ō dicitur hō nihil z ad nihilū redigi. q̄ntuz ad esse spūale: vt dixi: cuz peccāt mortalit. iuxta illud. j. Cor. xiij. Si habuero ꝓphiam z nouerim myſteria oia z oēm scientiā: et si habuero oēm fidē ita vt montes transferam: charitatē aūt nō habuero/nihil sum. Īte Hiere.x. Corripe me dñe. verūtamē i iudicio z nō i furore tuo: ne forte ad nihilum rediges me. ¶ Tertia ratio est ꝓpter despectū: q̄ vilissimū facit hoiem z indignissimū oīm p̄mio. Ejn dr Aug. q̄ pcōr nō merek panē quem māducat. Hiere.ij. Quā vilis facta es nimis. te. vi.r. Et h̄ ptz ex loco vbi pcōres ponūt: q̄ loc⁹ ꝓpositionari dz locato. Vilior aūt loc⁹ vniuersi est infern⁹. tū rōne sit q̄ est infim⁹. tū rōne fetoris q̄ zc. Et iō ptz ex h̄ q̄ ipsi pcōres sūt vilissimi q̄ ibi ponunt. Īte ptz ex ꝛditiōe: q̄ seru⁹ efficit hō p pcti. Hicam⁹ aūt q̄ fuit⁹ est vilissima ꝛditio. z q̄nto vilior est patron⁹/tāto vilior ē seru⁹. Quid aūt vili⁹ est pcō? Nihil est. Tanto em vilior est res q̄nto magz distat a deo. nihil aūt tñ distat a deo q̄ illō est: q̄ ſm⁹ gradus q̄ appinquat deo est eē: pcti autē est nihil. ḡ est vilissimū. Pcōr autē fit seru⁹ peccati. Joā.viij. Qui facit pcti seru⁹ est peccati. ergo est vilissimus z plusq̄ peccatū cuius

est seruus: z ex hoc debz homo abhorrere peccatū. Aug. Appende te ex precio/ne tibi vilescas. Sene. Si scirē deos ignoscituros z homes ignoraturos: adhuc tamen abhorrerē peccatū. Idē phs. Natus sum z ad maiora natus: q̄z vt fiam mancipiuz corporis mei, Cice. iij. offi. lib. suasum esse debet. Si oēs deos hominesq̄z celare possemus: nihil tamen quare/nihil iniuste/nihil libidinose/nihil incōtinenē esse faciendum. Patet ergo ex p̄dictis q̄ peccatū dicitur nihil. Sed restat modo quedā dubitatio. Si peccatū nihil est/quare ergo dicitur occidere hominē spualiter: Constat em̄ q̄ occidi est passio: ois autez passio est ab actiōe. ergo occidere est actio: sed quod nihil est nihil agere pōt. ergo occidere hominē potest. Quomodo ergo in scriptura peccatores mortui appellātur? Ps. Non mortui laudabūt te domine, Izez Jac. j. Peccatū cum cōsummatū fuerit generat mortē. Preterea si peccatū est nihil: q̄ est diuina iustitia que p peccato hominē eternaliter punit? Nam p nihilo hominē eterne pene tradere nō videtur opus esse iustitie: vt patet ex se. Sed respōdeo q̄ ad agēdum semp requirit aliquod agens: sed ad deficiendū nomē agens requirit: sed sufficit q̄ ab actione cesset. Totus autē actus peccati nō est actio/sed defectio: z ideo nō requirit q̄ peccatū aliud agat: quia nihil agere pōt cum sit defectus. Occidit ergo peccatū hominē non agendo/sed deficiendo seu nihil agēdo. Vel dic q̄ illud quod est nihil nō potest esse causa alicui⁹ per se/pōt tamē esse causa p accidens, sicut remotio, phibētis: sicut patet de ignorātia/que est priuatio scientie. Nihil em̄ est: tamē est quādoq̄z causa peccati inquantū est priuatio scientie qua phibetur petm̄. z ita dicit Tho. j. ij. q. lxxvj. ar. j. ad p̄mū. Et sic peccatū dicit causa per accidēs occisionis anime z dānationis/inquantū. s. q̄ priuat hominez gratia que est vita anie. Et ad hoc intelligendū nota tria exempla.

Primū erit exemplū naturale
Secundū est exemplū morale
Tertiū est exemplū scripturale.

¶ Exemplū ergo naturale est istud. Non māducare nō est aliud facere: z tamē si q̄s nō comederet moreret: quia mori est a vita deficere. z iō mori quis pōt nihil omino agens: sed ab actiōe se subtrahēs. Sic z nō ambulare nō est aliquid facere: z tamen si diu quis in cippo teneret/perderet vsum z scientiā ambulandi. Sic si diues vidit pauperē fame vel frigore morietem z nihil ei dat: dicit ip̄m occidere cū tamē nihil faciat. Unde Amb. lxxxvj. dist. Pasce fame morientē si nō paueris/fame occidisti. Patet ergo q̄ ad purū defectū nulla causa agens requirit: sed sufficit q̄ ab eo q̄ est faciendū cesserur. Patz ergo primū exemplū naturale. ¶ Scōm exēplū est morale. Verbi gratia. si rex ꝓciperet q̄ quilibet vadat ad eccleſiā vel cōuiuiū: qō ipse facturus est sub pena capitis vel alterius mēbri: aliquis nō iuit. manifestū est q̄ nō eundo nō facit aliquid: sed nihil facit: da solū omittit: z tamē odium regis z penaz incurrit. Nec obstat si dicas: q̄ hec plana videnr esse in p̄ceptz affirmatiuis: sed ēn tum ad negatiua p̄cepta questio nō videt soluta. Nunquid em̄ foznicari/furari? z. Nō est aliud facere. Ad q̄ respōdetur q̄ cum dico hominē occidere/duo dico: fm q̄ hominē occidere est peccatū. Naz dico primo actum. s. qui est occidere hominē. secundo dico defectū circa actū. s. volūtatis Dico ergo q̄ ille actus fm se nō est malꝰ: quinimo est a deo ille actus peccati. cuius ratio est: quia cū ille actꝰ peccati sit quidē motus liberi arbitrij. deus autē est causa omniū motionū: vt Augꝰ. dicit. iij. de trinitate. sequit q̄ volūtas dei sit causa actꝰ peccati, z hoc vult Tho. j. ij. q. lxxix. ar. ij. Nec in hoc petm̄ fm se: qz vt dixi sup̄/actꝰ nō habet rōnem peccati ex pte cōuersiōis ad creaturā. z hoc ptz: qz aliqñ quis ppetrabit actū qui in genere nature erit malꝰ ex aliqua circūstantia erit bonꝰ: vtputa qz suader iustitia: bene z meritorie pōt q̄s hoiem occidere si habet iurisdictionē. Un z qñq̄z a deo ille actꝰ est iussus: vt patz in Achior Josue. vij. in Chananeis z ceteris gentib⁹ inimicis pp̄li isrl: quos deꝰ precepit occidi, sic z p̄cepit Sauli vt interficeret regē Agag cū omni pp̄lo eiꝰ. s. Amalechitaz: z interficeret oēs a viro vsq̄z ad mulierē: z puulū atq̄z lactantē, bouē z ouē camelū z asinū. j. Re. xv. z in multis alijs locis scripture, Sicut etiā ptz de Abrahā: cui

ꝓcepit vt occideret filiū Gen.xxij. Unde
z ꝓps dic/q nō sine causa gladiuz portat
Ro.xiij.ergo act⁹ pcti nō est malū ꝑm se
sed est a deo:sed deformitas circa actū q̄
est defect⁹ volūtatis q̄ formalit est pctm
nihil est:qz est tm̄ boni priuatio.et iō que/
stio ē soluta/vt pz⁹. Nō tn̄ est ꝺcedēdū q
fornicari z furari/z ceteri act⁹ cōsiles sint
a deo:qz talia nōia nō dicūt pur actū/sed
actū deformatū aliqua deformitate. Un̄
qn̄ filij israel spoliauerūt egyptū/nō fuit
ibi rapina vel furtū:qz furtū est cōtrectā/
tio rei aliene inuito dño.sed ibi facta fuit
trāslatio dn̄j illaz rerū ab egyptijs ad he
bꝛeos ab eo cui⁹ est terra z plenitudo ei⁹.

¶ Tertiū exēplū scꝑturale habet in mul
tis locis nouī testamēti. Primo hī Mat.
xxij. Amice quō huc intrasti nō habēs ve
ste nuptialē:At ille obmutuit. Tūc dixit
rex ministris. Ligatis manib⁹ z pedibus
ei⁹ mittite eū in tenebꝛas exteriozes. Ibi
erit fletus z stridoꝛ dentiū. Quid ꝑ vestē
nuptialē nisi charitas designat:Quā qui
nō habet/nihil facit.z tamē dign⁹ est pe/
na eo q̄ ꝓtra ꝓceptū chr̄i facit. Sicut etiā
si rex ꝓciperet q̄ quicūq; ex seruis suis ta/
le nō haberet vestimētū/sed appareret nu
dus:igni traderet.certū est q̄ quicūq; nō
haberet illud vestimentū:pene ignis sub/
iaceret.nec dānaret iste ꝑ nihilo:sed qz si/
gnū non habet amicitie regie q̄ tenet ha
bere.vestimēta aūt anie quid sunt nisi vir
tutes z dona q̄ hō quilibet tenet habere.
Camisia significat castitatē que cōtingit
carnē. Diplois significat hoiem signatuz
abstinētia:q̄ est necessaria ad castitatē ser
uandā. Per tunicā significat charitas:vt
ibi dicit. Per chlamydē sive mantelluz si
gnificatur patiētia q̄ defendit ab estu z a
pluuia a verbis et cōtumelia. Et iō si hō
talia vestimēta virtutū nō haberet:meretur
penā. Un̄ Apoc.xvj.dicit. Btus qui vi/
gilat z custodit vestimenta sua/ne nudus
ambulet z videāt turpitudinē eius. Tur/
pitudo aūt hui⁹/est turpitudo pcōꝝ que
operit a vestimēto charitatis. Prouer.x.
Uniuersa delicta operit charitas. Un̄. j.
Pe.iiij. Charitas opit multitudinē pcō
rū. Ps. Btī quoꝝ remisse sunt iniq̄tates
z q̄ꝝ tecta sunt pcā. Sic z scō habet ex/
emplū in ficulnea in scriptura, cui maledi
xit dn̄s:qz fructus in ea dū q̄reret nō inue
nit:vt legit Mat.xxj. Sic z tertio habet
exēplū de ficulnea:quā quidā plantaram
habebat in vinea sua:z venit querēs fru/
ctū in illa z non inuenit. Dixit aūt ad cul
toꝛē vinee. Ecce anni sunt tres ex q̄ venio
querēs fructū in ficulnea hac z nō inuenio
Succide ergo illā. Ut quid ergo terram
occupat:Luc.xiij. Jgit etiā sic ꝓ nihilo
arboꝛ hūana a deo succidit:qz fruct⁹ in ea
debitus nullaten⁹ inuenit. Nullus est em̄
hō qui vineā haberet in qua plurimū ex/
pendisset/z in ea excolenda plurimū labo
rasset:nihilq; de cōtingentib⁹ omisisset.q
si illa fructus nō afferret/q̄n eā iuberet in
cidi/z oia ei⁹ igni tradi. Sed quis homo
vnq̄ tantū laboꝛauit in mōdo in vinea sua
q̄ntū chr̄s in sua:q̄ est aia humana:Quis
vnq̄ sic vineā excoluit:q̄s in ea tāto labo/
rauit laboꝛe:Quis ꝑ vinea sua in mortez
se tradidit nisi chr̄s:Un̄ in figuraz huius
Naboth figurās chr̄m ꝑ vinea sua ē mor/
tu⁹. iij. Re.xxj.eo q̄ eā Achab regi diabo
lū significāti tradere noluit. Ergo hmōi
vinea ē iustissime icidēda igniq; tradēda
si post tātos sudoꝛes z tā amplas expēsas
nullū suo dño fructū ferat. Jgit rota solli/
citudine laboꝛem⁹ vt chr̄s in vinea anime
nr̄e fructus ōbitos suo tpe recipiat:vt sic
habeam⁹ denariū diurnū:q̄ ex cōdigno la
boꝛantib⁹ est ꝓmissus. Mat.xx. Hoc aūt
faciem⁹ si totis viribus pctm̄ quasi a facie
coluꝛi fugiam⁹. Formalit ergo ad argu/
mentū respōdendū:cū dicit:q̄ si pctm̄ est
nihil:g̃ pctoꝛ dānat ꝑ nihilo:qō est incon
uenies. Rndeo q̄ dānari pctoꝛē ꝑ nihilo
accipit duplicit. Uno mō ꝑ nihilo.i. sine
causa.z sic nullus dānatur ꝑ nihilo. Alio
mō ꝑ nihilo.i.non ꝑ aliq̄ positiuo.z sic dā/
nat pctoꝛ ꝑ nihilo:nō tn̄ sine cā.s.ꝓuati/
ua.vt ptz in ſlitudinib⁹ supza positis.

¶ Quare deꝰ fecit hominē pec
cabilem. Sermo.ij.

Qui a facie
coluꝛi fuge pctm̄. Eccli.xxj.
Hoc mane dño ꝺcedēte conti
nuādo materiā ꝓmi articuli de pctō in ge
nere/intendo ꝓdicare de peccabilitate ho
minis:q̄re.s.,deꝰ fecit hoiez talē q̄ peccare

posset: sive quare de⁹ fecit hoiem peccabilem: vbi etiã solueb questio quozũdam curiose q̃rentiũ/quare de⁹ cuz prescíret ipm cõtinuo peccaturũ creauit? Hã in statu innocẽte nõ stetit homo nisi per spaciuz circiter ser hozaz/a mane. s. vsqz ad meridiẽ. Salutek primo virgo ꝛc. Pro huiꝰ ergo materie intellectu clariozi est notãdum/ q̃ pclusio vera est in sacra theologia/q̃ diuina sapiẽtia qua oia creata sunt creauit oẽs creaturas in quibus põt cadere p̃ctm cũ defectu peccabilitatis. i. possent peccare: in cuiꝰ signũ peccauerũt alique ipsarũ. Et vide prius de angelis qui fm naturaz suã in qua creati sunt peccare potuerunt. ꝛ sic potuit p effectũ de Lucifero/et alijs angelis apostatis ꝛc. Sed qui fuerũt firmi: vt Michael/Gabriel/et reliq: fuerũt postea confirmati in gratia. adeo vt peccare amplius non possint/ex gratia non ex natura. Primi autez. i. rebelles fuerũt retrusi ad infernũ. sicut pz Apo. xij. Ratio aũt q̃re angeli sunt peccabiles creati/est: quia de nihilo creati sunt. ꝛ hec etiaz ratio põt cõpetere siue assignari in hoibus q̃re sunt peccabiles. Vide per Tho. sup. ij sent. di. xxxij. q. j. ar. j. ꝛ. ij. ꝛ di. ij. q. j. ar. j. Sic etiã pz de hoib⁹, qui licet fuerũt a deo creati a principio in gra: tñ peccabiles fuerũt ꝛ de facto peccauerũt. qz gra nõ habet cogere sed pficere liberũ arbitrium. ꝓpter qõ dicit scriptura. Inuenì q̃ fecerit deus hoiez rectum: ꝛ ipse se infinitz miscuerit q̃stionib⁹. Eccl's. vij. Nota Rectũ. hec rectitudo cõsistebat principalit in tali subiectiõe anie humane ad deũ. vt infra patebit lati⁹ cuz de pctõ originali ageb. Nota Inst. se mis. q̃stionib⁹. Et hoc ꝓpter pctm: ꝓpter qõ habet questionẽ hõ cũ deo/ꝛ cũ ꝓximo/et cũ seipso. Aug. Iussisti dñe et sic est: vt pena sibi sit oĩs inordinat⁹ animꝰ. Et Job. vij. Posuisti me cõtrariũ tibi/ꝛ factꝰ sum mihimet ipsi grauis. Ex hoc g̃ defectu peccabilitatis, pcessit pctm primoꝝ parentum. ex quo ita est, pstrata hũana natura/et ad malũ inclinata: q̃ exceptis chõ ꝛ virgine Maria/nullus hõ mũdi q̃ntucunq̃ fuerit sanctitatis/fuit a pctõ imunis. Vñ. j. Jo. j. Si dixerimus qz pctm nõ habem⁹: ipsi nos seducim⁹/ꝛ veritas in nobis non est. Et Aug⁹. in lib. de natura et gra. Si oẽs sancti ꝛ scte dũ hic viuerẽt interrogati fuissent/vtrũ sine pctõ essent: oẽs vna voce p̃fitẽrent. Si dixe. q̃. pec. nõ ha. ip. nos se. ꝛ ve. in no. nõ est. Vñ Aug. xiij. de ci. dei. c. ix. Hunc. i. in vita p̃senti satis dñ viuitur si sine crimine viuit. Sine pctõ aũt q̃ se viuere existimat: non id agit vt pctm nõ habeat/sz vt venia nõ accipiat. Ratio aũt huiꝰ peccabilitatis in hoie habek per regulã phie/q̃ dicit. Qd a natura est sp in est. Da exẽplũ de nigredine cozui/ꝛ de albedine cygni/ꝛ de pictura pauonis/ꝛ virditate papagalli/ꝛ de risibilitate hois ꝛc. Modo ad ꝓpositũ p scripturã noui ꝛ veteris testamẽti clare habek q̃ peccare est hominib⁹ a natura. nõ quidẽ q̃ntũ ad cõsummationẽ pcti/sed q̃ntũ ad inclinationez ꝛ mediationẽ. Hã in pctõ cõcurrũt tria seu tres gradus: scz principiũ/mediũ/ꝛ finis. Principiũ peccati ꝓcedit a sensu. i. a sensualitate, a quo sensu ois nra cognitio oziginatur. Verbi gra, videt hõ mulierẽ/et ex hoc incipit pctm. sic de auditu/odozatu/tactu ꝛc. Deinde ꝓcedit ad cogitandũ. Sic ergo sensus hois est principiũ pcti/ꝛ cogitatio est mediũ. sed sensus q̃ est principiũ pcti/ꝛ ipsa cogitatio q̃ est mediũ: sunt naturalit inclinati ad malũ potius q̃z ad bonuz. Auctozitas. Sensus em ꝛ cogitatio humani cozdis, pna sunt ad malũ ab adolescẽtia. Geñ. viij. Patet g̃ q̃ principiuz et mediũ pcti sũt a natura. Et hoc ꝓcedit ex cozruptiõe pcti originalis: qõ est cõtra naturale nobis. ex quo ꝓcedit ꝓnitas ad malum ꝛ difficultas ad bonũ. Ro. vij. Condelector em legi dei fm interiorẽ hoiem: sed finis. i. ꝯsummatio pcti est a voluntate, que si assentit principio ꝛ medio: perficit pctm mortale. Pctm aũt cũ ꝯsummatũ fuerit generat mortẽ. Jac. j. Et q̃ntũ ad hoc. i. ꝯsummationẽ pcti pctm est cõtra naturã hois. Ratio: qa natura hois est a forma. Forma aũt hois est ania rõnalis. ꝛ tõ quecunq̃ sunt cõtra rõnem naturalem hois/ sunt ꝯtra naturã hois. hmõi aũt est vitiũ ꝛ pctm. ergo hoc respectu vitiũ ꝛ peccatũ sunt cõtra naturã hois. virtutes aũt sunt naturales hoi. Vnde dicit Tul. in rhetorica. q̃ ꝓtus est habit⁹ in modũ nature rationi cõsentaneus. Qd quõ intelligit/vide Tho. j. ij. q. lxxj. ar. ij. ꝛ. q. lxiij. ar. j. Pz

ergo q̄ pcm̄ ineſt a natura homini quātū ad pncipiū z mediuz. Sed ꝓbemus hoc ꝑ auctoritates clariozes. Prima habetur: qm̄ in vetert teſtamēto. Nequā eſt mētio eoz̄: z naturalis malitia ipsoz̄ non potest mutari cogitatio eozum in perpetuū. Sap̄.xij. Jrez Eccli.xj. Error er tenebre pcōrib⁹ cōcreta ſunt. Jtē ps̄.lvij. Alienati ſunt pcōres a vulua: errauerūt ab vtero ꝛc̄. Nota i auctoritate ſupiozi Nequaz .i. nō equa, q̄ a pncipio fuerat formatus hō a deo z mulier in magna equitate: ita tantū q̄ ſenſus z cogitatio cōcordabāt cū rōne. Ubi cuz eſſent nudi in paradiſo z illa eſſet pulcherrima mulierū q̄ vnq̄ fuerunt in mūdo/excepta virgine Maria: tñ nō erubeſcebāt/nec inſurgebāt motus ſenſualitatis: z hec vocabat originalis iuſtitia. Sed poſtq̄ peccauerūt: abſtulit deꝰ in penaz pcti dictā equitatē z remāſerunt in puris naturalib⁹: z ſtatim fuit i eis motus ſenſualitatis ꝛc̄. Intantū q̄ fecerūt ſibi perizomata. i. bracchas de foliis ficus: et poſtmoduz ſine vlla equitate nati ſunt oēs hoies mundi/ꝑter chr̄m z virginē. Iō ſubdit. Naturalis malitia. i. pcm̄. Et ſic ptz q̄ pcm̄ quantū ad pncipiū et mediū ē naturale homini. Alia auctoritas in nouo teſtamēto habek ab apl̄o. Nos omnes aliqñ ꝗuerſati ſumus in deſideriis carnis nr̄e/faciētes voluntatē carnis. i. ſenſualitatz̄. ecce pncipiū pcti. z cogitationū: ecce mediū. z eram⁹ natura filij ire ſic z ceteri. Eph̄.ij. Ptz ergo q̄ pcm̄ eſt naturale homini: vide Tho.j.ij.q.lxxj.ar.ij. Et hoc q̄ ſequit q̄ ſemp eſt in oīb⁹ hoibus ꝑ regulā ſupradictā, Sed diceret aliq̄s. Ego bene acquieſco ꝑ auctoritates predictas q̄ pcm̄ ſit hoi a natura/put ſupra dictuz eſt. Sed quero q̄re diuina ſapiētia naturā hois ſic creauit vt eſſet peccabilis? Circa q̄ nota q̄ multe rōnes aſſignātur a theologis de hoc: ſed ꝑ fundamēto in parū quattuor rationū/ꝑſuppono q̄ deus creauit munduz pncipaliter ꝓpter oſtenſionē excellētie ſue iuxta illud Prouer.xvj. Univerſa ꝓpt̄ ſemetipm operatus eſt dñs. ¶ Prima igit̄ ratio eſt ꝓpt̄ potētie diuine oſtēſionē: q̄ deꝰ eſt ſolus inuertibilis z imutabilis. Mal. iij. Ego dñs z nō muto. Jn q̄ oſtēdit̄ maxima potētia dei. q̄ cū ſit ipſe imutabilis eſt tñ cauſa oīm mutationū z motionū in vniuerſo. iuxta illud Boetij. Stabiliſq̄ manēs dans cūcta moueri. Creature aūt oēs ſunt ex natura mutabiles: tū pure ſpirituales/ſicut angeli: q̄ mixte ex ſpiritu et corpe/ſicut hoies: q̄ etiā pure corporales/ſicut celi z alie. Ps̄. Jnitio tu dñe terram fundaſti/z opa manuū tuarū ſunt celi. ipi ptibunt/tu autē pmanes: z oēs ſicut veſtimētū veterabſcēt. z ſicut opertoriū mutabis eos z mutabunt̄: tu aūt idē ipſe es z anni tui nō deſi. ps̄.x. Nota ibi peribūt: ꝫ intelige q̄ntū ad q̄litates accidētales. q̄ntū ꝫo ad ſubaz nota ps̄.cxlviij. Statuit ea i eternū z in ſeculū ſeculi. Jtē Eccs.j. Generatio ꝓterit z generatio aduenit: terra autez in eternū ſtat. Jtē Ro.viij. Vanitati em̄ creatura ſubiecta eſt. vanitati. i. mutabilitati. Et ꝛ ibi exponat̄ de creatura hūana: nihilomin⁹ verꝫ eſt de oī creatura. q̄ ſicut ois creatura ex nihilo a deo creata eſt: ita ad nihilū naturaliē tendit/niſi a deo cōſeruetur. Ps̄ Apertēte te manū tuā/oia imꝑplebunt̄ bonitate. auertēte autē te faciem turbabunt̄. auferes ſpm̄ eoz̄ z deficiēt et in puluerez ſuū reuertētur. Declara ſi vis lat⁹ hāc rōnem ſicut ſcripſi in dñica. ij. aduent⁹ in ſmone q̄ incipit. Scitote q̄m̄ ꝓpe eſt regnuz dei. ꝓte. j. ¶ Scōa ratio eſt ꝓpter diuine ſapiētie manifeſtationē/q̄ ex malo ſcit elicere bonū. Unū Aug. in ench. dicit: q̄ deus eſt ita bonus/q̄ nullū malū ſineret fieri niſi ex eo eliceret aliq̄d bonū. Maius em̄ bonū fuit ſecutū humane nature ꝓpter peccatū Ade/q̄ ſi nō peccaſſet. Nam ꝓpter pcm̄ ſuū incarnatus eſt filiꝰ dei: z ſic deꝰ factꝰ eſt homo: z excellentiſſime magnificata ē humana natura ſupra naturā angelor̄. Nuſq̄ em̄ angelos apprehēdit. Heb. ij. Et hoc q̄ntū ad vtrūq̄ ſexum. vt ptz in chr̄o z in ꝑgine matre eiꝰ. q̄ Exaltata eſt ſancta dei genitrix ſup choros angelor̄ ad celeſtia regna. Jō cantat eccl̄ia in benedictione cerei paſ. O felix culpa q̄ talem ac tantū meruit habere redemptorē. O certe neceſſariū Ade peccatū. q̄ chriſti morte deletum eſt. Hoc autē nō euenisſet/niſi homo eſſet peccabilis. Unū ſup illud ꝫbuz j. Tim̄. j. Chriſtus venit in hunc mundū peccatores ſaluos facere dicit Glo. Nul⁹

la causa veniēdi fuit chīo dño/nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos/tolle vulnera.z nulla causa est medicine. De hac vide Tho. pre. iij. q. j. ar. iij. ¶ Tertia ratio est ꝓpter diuine clemētie declarationē que rāta fuit vt filiū suū vellet mori ꝓpter pcōz dimissionē.z quotidie etiaz merito passiōis chīi remittit pcā penitentiby. qō est maximū opus dei. Vñ sup illud Jo. xiij. Maiora horum faciet. dicit Aug. q Maius est op⁹ dei ex impio facere iustū q̄ creare celū z terrā. Vñ ps. Miserationes eius sup oia opa ei⁹. Et in collecta dicitur. Deus q̄ oipotentiā tuaz parcendo maxime z miserādo manifestas. qō intelligek quantū ad magnitudinē eius qō fit: nō aūt quātū ad modū agendi/sm Tho. j. ij. q. cxij. ar. k. ix. ex q̄ manifestak maxime clemētia dei: que maiorē vtilitatē cōtulit hūane nature q̄ pctm Ade damnū: vt probat apl's Ro. v. Naz ex petō Ade infecta est natura humana quantū ad pctm originale tm qō ex natura contrahit. Peccata aūt actualia non ab ipso cōtrahunk/sed a nīra voluntate causank. sed gra chīi liberauit humanā naturā ab omni petō/z originali z actuali. Jtez pctm Ade fuit causa per quā humana natura pctm contrahit: gra chīi est nō solū causa remissionis peccatoz: sed etiā collatiōis ꝓtutis z donoz. Jtē pctm Ade fuit tale vsq; s. ad mortē chīi: quo mortuo liberank oēs q̄ baptizantur. sed gra chīi est eterna/qz semper durabit. Jō apl's Ro. v. Non sicut delictū ita z donū. Si em vnius delicti multi mortui sunt: multo magis gra dei et donū/in gra vnius hois iesu chīi in plures abūdauit. Nota in plures. i. multos: vt nō sumatur cōparatiue. sed absolute. Nota em plures iustificātur p chīstuz/q̄ cōdemnank p Adaz. Vñ nō fit ꝓpatio respectu nūeri sed respectu abundātie boni in quo donuz chīi delicto Ade preferk. Jō dicit Hugo tanto magis ꝛc. sm Hugonē cardinalē. Vel pōt dici q̄ gratia chīi in plures ē nata descendere q̄ culpa Ade. quia si aliquis nō iret nō per viā seminalē/iz alio mō virtute diuina sicut chīus: vel de manu/vel de alio mēbro hominis sicut Eua/nō cōtraheret originale.z sic culpa Ade ad istū nō extenderek: sed bene extēderek gratia chīisti.z necessariū esset hunc baptizari/tum ꝓpter characterē/tum ꝓpter preceptū chīsti adimplendū. De quo Jo. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spiritu sancto ꝛc. Patet ergo qō magnificata z manifesta est maxima clemētia dei ꝓpter peccatū Ade: qō nō contigisset si homo nō peccabilis fuisset. ¶ Quarta ratio est vt ostendatur diuina iustitia: que ꝓsistit in hoc vt bonos p̄mier z punier malos. Nullus autem homo fuisset malus si peccabilis non fuisset: imo neq; bon⁹. vt infra patebit in proxima ratiōe. Et iō ad hoc vt diuina iustitia ostenderek in redditione premioz q̄ debentur bonis/z in redditiōe supplicioz rum q̄ debenk malis: fuit expediēs/vt hō peccare posset. Et hanc rōnem tangit apostolus Ro. ix. ¶ Quinta ratio est ꝓpter humane laudis ostensionē seu p virtutis laudationē. Que em esset laus hois si peccare nō posset: Nulla. Et ꝓsequēter hō non fuisset dignus premio nec pena: z sic non esset paradisus nec infernus ꝛc. Vide infra ar. ij. ser. iij. in introitu. in secūda rōne. Laus ergo viri iusti est quādo habz opportunitatē peccandi z abstinet se a peccato. Unde dicit scriptura. Beatus vir qui inuentus est sine macula. Et infra. Qui potuit trāsgredi et nō est trāsgressus. facere malū z nō fecit. Eccli. xxxj. ¶ Sexta ratio est: vt boni exercitētur per malos. et sic meritum bonoz augeatur per patiētiam z benivolentiā. quia boni nō solū patienter sustinent/sed etiā diligunt malos: iuxta consiliū domini Matth. v. Audistis quia dictuz est: diliges proximū tuū: et oha. ini. tu. Ego autez dico vobis: diligite inimicos vestros ꝛc. Nota euāgeliuz. Et hanc rationē confirmat Aug. xiij. de ciuitate dei: circa finem loquēs de casu primi hominis. Cum igit (inquit) futuri casus humani deus non esset ignarus: cur eum non sineret inuidi angeli malignitate tentari: Nullo modo quidē q̄ vinceret in certis: sed nihilominus prescius q̄ ab eius semine aduturo sua gratia/idem ipse diabolus fuerat sanctoz gloria maioze vincendus. Hec ille. Si enim nō essent mali homines: multa merita et virtutes deessent bonis. quia Marcet sine aduersario virtus: vt ait Sene. Mali ergo cōculcātes

bonos sūt occasio fabricandi coronas bonis. z sunt occasio fructus z augmēti pmiorum. Verbi gra: si nō fuisset Pilatus et Herodes z Cayphas z Judas nō fuisset clarificat⁹ filius hominis p mortē: p quam meruit gloriā corporis: nec humanū genus fuisset redemptū. Jrē si nō fuisset Quinti anus non fuisset Agatha gloria martyrij coronata: z sic de aliis. Ūñ si nō fuissent tyranni: nō fuissent sancti viri martyres. Ideo ōt chīs. Bī estis cū maledixerint vobis homes z psecuti vos fuerint: z dixerint oīe malū aduersus vos mētientes: propter nomē meū. Gaudete z exultate: quoniā merces vra copiosa est in celis. Mat. v. ¶ Septima ratio est ppter vniuersi decorem seu decorationes: qr opposita: iuxta se posita: magis elucescunt. Nota similitudinē de campo q in vere apparet pulchrior ppter diuersitatē florum z colorum z odorum z formarum ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. sic z mali bonos cōmendant/ adinuicē cōparati. Sic ecōtrario mali magis vituperant bonis cōparati. Nec excusationē aliquā ptēdere possunt ppter fragilitatē aut concupiscentiā aut aliā causam. nā z hec fuerunt apud bonos qui tamen reprehesērūt passiones mediantibus virtutibus. contra quos dicit dñs. Viri nimuite surgent in iudicio cum gnatione ista z condemnabunt eā: qr penitētiā egerūt in p̄dicatiōe Jone z ecce plus quā Jonas hic. Mat. xij. Si em in iudicio excusare se vellet hō de pctō luxurie ppter concupiscentiā innatam: diceret chīs. Et qre tot pgines viri z mlieres abstinuerūt se: z c. Sic si excusaret se de pctō cōmisso ppter timorē mortis: opponet ei chīst⁹ martyres. Sic de q̄libet statu. dic petice. ¶ Octaua est ppter creaturaꝝ conditionē scz vt homo nō sit pelagis ꝯditionis cē alie creature: quas oīes sic de⁹ administrat/ vt agere ppijs motibus sinat. vñ etiā hoiem arbitrio ppio relinqre debuit. Unde ōr Tho. ij. sentē. dist. xxiij. q. j. ar. j. in corpore q̄stionis: q nulli creature cōicatum est nec cōmunicabile fuit/ q peccare nō posset p ꝯditiōez nature sue: nec hoc cōtingit ex imperfectione diuine potentie sed ex impfectione creature: que hoc recipere non potest: z etiam ex hoc q quedaz impossibilitas cōtingeret ex implicatione ptradictoriuz/ secundū Tho. Debuit igit relinquere hominē arbitrio ppio: ideo ōt scptura. Deus ab initio cōstituit hominē z reliquit illū in manū cōsilij sui. i. in libertate arbitrij. Eccī. xv. patz ergo ratio q̄re deus fecit hoiem peccabilem.

¶ De nouem causis quibus aggrauatur pctm̄. Sermo iij.

QVasi a facie colubri fuge peccatū z c. vbi supra. Prosequēdo materiā: adhuc primi articuli: scz de pctō in gñe sequitur ꝯsiderare de grauitate ipius. z fm q̄d attendat/ z ex q̄ vnū dicat grauⁿ altero. Circa qō nota. q q̄stio fit in sacra theologia. Utrum vnuz pctm̄ sit grauⁿ altero. Circa q notandū q opinio fuit stoicoꝝ q oīa pcā erant paria: z ex hoc etiā veritatū est ārundā hereticoꝝ error: q ponentes oīa pcā esse paria: dicūt etiā oīes penas inferni esse pares. Mouent aūt ipi vt refert Tho. j. ij. q. lxxij. art. ij. ex hoc q ꝯsiderabant pctm̄ ex parte priuatiōis tantum: prout scz est recessus a ratione. Ūñ siliter existimātes q nulla puatio suscipe ret magis z minus/ posuerūt oia pcā esse paria. Et p istis facit: qr pctm̄ in scptura quādoq dicit⁹ mors spūalis: iuxta illō ps. Non mortui laudabunt te dñe. Et Jaco. j. peccatū cū ꝯsummatū fuerit generat mortē. In morte aūt nō cadit mag z minus cuz sit pura priuatio. Non em min⁹ mortuus est aliqs primo die mortz z tertio vl quarto: cē post annū quādo cadauer fuerit resolutum. Et siliter nō est mag tenebrosa dom⁹ si lucerna sit operta pluribus velaminibus: cē si sit operta vno solo velamine: totū lumē intercludēte. Sed hec opinio est ptra veritatē z reprobat⁹ ratione z auctoritate. Ratione quidē. qr fm Tho. vbi. s. Si quis diligenter ꝯsideret inueniet duplex priuationuz genus. Est em quedam simplex z pura priuatio/ que cōsistit quasi in corruptum esse: sicut mors est priuatio vite: z tenebra est priuatio luminis: ex tales priuatiōes nō recipiunt magis z mi

nus: qz nihil residuuz est de habitu oppo/
sito: z de his ꝓuationib⁹ ꝓcedit ratio stoi/
cozum. Sed pctm̃ nō est talis ꝓuatio vt
infra patebit. Est aũt alia ꝓuatio nō sim/
plex sed aliq̃d retinēs ō habitu opposito. q̃
quidē ꝓuatio magis ꝟsistit in cozrumpi
q̃z in cozruptū esse: sicut egritudo q̃ ꝓuat
debitaz mensurationē humoz ita tamē q̃
aliq̃d eius remanet/alioq̃n nō remaneret
animal viuū, z siliter est de turpitudine et
alijs bmōi. Huiusmodi aũt ꝓuationes re
cipiunt magis z min⁹ ex pte ei⁹ qō rema/
net de habitu ꝓrario. Multuz em̃ refert
ad egritudinē vel turpitudinē: vtrū plus
vel min⁹ a debita cōmensuratiōe humoz
vel membroz recedak. Et ſimilit dicen/
dū est de vitijs z pctis. Sic em̃ ꝓuak in
eis debita cōmensuratio rōnis vt nō tota
liter rōnis ordo rollak: alioquin si totalit
rōnis ordo tollerek: nō esset pctm̃ sicut est
in furiosis z freneticis/infantib⁹ z arrepti
tijs z hmōi. Est autē notandū q̃ peccatū
mortale potest dupliciter ꝟsiderari ſm q̃
duos effectus vel defectus ꝓducit. Uno
modo pctm̃ inquātum est gratie diuie pri
uatiuuz z in hoc mō potest pctm̃ mortale
dici pura ꝓuatio. Unde ex illo respectu
nō dicit/dari magis vel min⁹ in pctis: qa
sicut ꝓuak homo gratia ꝓpter vnū pctm̃
mortale min⁹ graue: sicut ꝑ magis graue
z sic ꝑ vnum sicut per centū. Jaco. ij. Qui
totam legem seruauerit: offendat autē in
vno factus est omniū reus. Et hoc respe/
ctu peccatū assimilak morti vt dictuz est.
z dicit mortale eo q̃ aufert ab anima radi
cem vite spiritualis: q̃ est gratie z charita
tis. Item sicut nō potest homo mortuus
resurgere per se nisi ex potentia dei: sic nec
peccator nisi per misericordiam dei, Ose. xiij.
Perditio tua ist ex te: tm̃modo ex me au
xiliū tuū. De quo vide. j. arti. iij. sermo. x.
pte. j. Aliomodo pōt ꝟsiderari pctm̃ mor/
tale inquātum est rōnis deordinatiuū. et
sic nō est pura rationis: nec assimilak mor
ti: sed infirmitati ꝓrōnē sancti Tho. q̃ hic
ponit: z isto respectu vnū peccatū est gra/
uius altero: inquātū magis deordinat or
dinē rōnis: z ꝟsequēter magz facit ꝟtra ꝑ
ceptuz dei z ꝟtra charitatē. Et ideo dicit
Glo. sup illud Joā. iij. Qui totā legē ser
uauerit offendat zc. Cur ḡ non dicamus
paria pcā: nisi forte: qr magis facit cōtra
charitatē q̃ grauī⁹ peccat. igit vt dictū est
in vitijs z peccatis sic ꝓuak debita com
mensuratio rōnis vt tamē nō totalit rati/
onis ordo tollak. alioquin malū si sit inte/
grū seipsuz destruit/vt dicit in. iij. Ethi.
Peccatū ergo mortale cū sit egritudo spiri
tualis nō est pura ꝓuatio sicut nec egritu/
do cozpalis, z ideo recipit magis z min⁹.
Quod aũt peccatū comparek infirmitati
non solū in sacra scriptura q̃ frequenk hoc
dicit: iuxta illō ps̃. Miserere mei dñe qm̃
infirmus sum zc. Sana me dñe qm̃ ꝟtur
bata sunt oīa ossa mea zc. sed etiā ex do
ctrinis gentiliuz vt ponit Tho. j. ij. q. lxx/
viij. ar. iij. Tullius z Seneca vitia appel/
lant egritudines. Patet ergo ratio quare
pcā non sunt paria: sed vnū tanto magis
est ḡuius altero: quāto magis recedit ab
ordine rōnis. Auctoritate ꝓbatur ꝙ illud
q̃ dixit domin⁹ Pilato. Joā. xix. Qui me
tradidit maius pctm̃ hz. Et Hiero. dicit.
Quis dubitat iceleratius esse cōmissum:
quia grauius est punirū. Patet etiaz hoc
exclusi penis taxatis a iure ciuili z canoni
co: ſm diuersam grauitatē peccatoz: z sic
patet ꝟclusio. Diceret aliquis: satis mihi
clarum est rōne z auctoritate q̃ vnū pec/
catuz est grauī⁹ altero: sed vellem scire ex
quib⁹ causis vnū peccatū ē grauī⁹ altero.
Circa q̃ nota: q̃ ex multis attendit grauī
tas pctoz: put late ponit Tho. j. ij. q. lxx/
iij. per totū. sed ego recolligo causas istas
in nouē que cōtinenk in hoc versu. Quis
quid. vbi. ꝑ quos. quotiēs. cur quō. quan
do. z habenk hec ab Aug. in lib. de peniē
tia. z in decretꝫ. de pcn. dist. v. c. j. z in. ca.
Sicut dignū. de homici. Et per Tho. j. ij
q. vij. ar. iij. Et ponit etiam iuris ꝟsultus
in. l. Aut facta. de pe. c. canonizata. de pe.
dist. j. Aut facta.

Prima causa est magnitudo ꝟsone a q̃
peccat: hoc nota in ꝟbo. quis.

Scda causa est ꝟditio ꝟsone inquā pec
catur: hoc pōt notari eodē verbo.

Tertia causa est grauitas pctī qō com
mitt. k. Quid.

Quarta causa est irreuerētia loci in q̃
peccatur. Ubi.

Quinta causa est multitudo ꝟsonaz q̃
ad pctm̃ inducunt. Per quos.

Sexta causa est ꝓsuetudo peccandi qñ pctm multiplicat. Quotiens.

Septima causa est motiuū peccandi & pctō mouetur. Cur.

Octaua causa est modus quo peccatū cōmittitur. Quō.

Nona causa est tpis incōgruitas. quo pctm ꝓpetratur. Quādo.

¶ Prima ḡ causa aggrauationis pcti est magnitudo ꝑsone peccantꝫ. Circa qō nota ſm Tho. j. ij. q. lxxiij. ar. vi. Duplex est pctm: quoddā ex ſubꝛeptione ꝓueniēs ꝓpt infirmitatē humane nature: et tale pctm minus reputat ei q̄ est maiꝛ in ꝑtute eo q̄ minꝰ negligit hec pcta repꝛimere. q̄ tamen oino ſubterfugere infirmitas humana nō ſinit. Alia ꝯo ſunt pcta ex deliberatione ꝓcedentia: ꝛ iſta pcta tanto magis alicui imputātur: quāto maiꝛ est. Unde Iſidoꝛus in. ij. lib. de ſūmo bono. Tanto maiꝰ cognoſcit eſſe pctm: quāto maiꝛ q̄ peccat habet. Item Hilariꝰ papa. xxv. q. j. Nulli fas: vbi ſic ait. Siquidem maiori reatu delinquit q̄ potiꝛi honoꝛe fruit. et grauiꝛa facit vitia pcōꝛ: ſublimitas peccantiū. Et Juuenalis ſatyra. viij. Omne animi vitiū tanto ꝓſpectius in ſe Crimen habet: q̄nto maiꝛ q̄ peccat habet. Et hoc pōt eſſe ꝓpter q̄truꝫ. ¶ Primo qꝛ facilꝰ poſſunt reſiſtere pcō maiꝛes: puta q̄ excedunt in ſcientia ꝛ ꝑtute. Uñ deus dicit Luc. xij. ꝙ Seruus ſciens voluntatē dñi ſui ꝛ nō faciens digne plagis vapulabit multis. Nota hic ꝓta theologos: iuriſtas ꝛ phos. qui ſcient cōmittunt pcta. ꝛ ſic religioſi q̄ ſciunt regulā: ꝛ ꝓſtitutiones magis peccant ꝛc. Tales ſunt ſiles demonibus ꝛc. Item nota quō ignoꝛantia excuſat a toto interdū. quādo totaliꝫ cauſat in voluntatē: interdū autē a tanto. quando minuit voluntatē: de q̄ tangit ſup̄ ſermōe. j. ꝓte. j. Et nota ꝙ primi ex ſcientia peccantes efficiunt peiꝛes poſtea q̄s prius erāt: qꝛ ſpūs nequā reuertit cū ſeptē aliis ſpiritib⁹ neq̄nb⁹ ſe. Mat. xij. Secundo ꝓpter ingratitudinē: qꝛ oīe bonū quo quis magnificat eſt dī beneficiū cui hō fit ingratꝰ peccando: ꝛ quantū ad hoc q̄libet maiori tas etiaꝫ in tꝛalib⁹ bonis pctm aggrauat: ſm illud Sap̄. vj. Potentes potenꝫ toꝛmenta patienꝫ. Tertio ꝓpter ſpecialem repugnantiā actus peccati ad magnitudinem ꝑsone: ſicut ſi princeps iuſtitiā violet qui ponit iuſtitie cuſtos. ꝛ ſi ſacerdos foꝛnicet qui caſtitatē vouit. Quarto ꝓpter exemplū ſiue ſcandalū qꝛ vt dicit Gꝛego. in paſtoꝛali. in exemplū vehemēt culpa extēditur: quādo ꝙ reuerentia gradus peccatoꝛ honoꝛat. Nota ꝓta religioſos tenentes banderiā in campanili in carniſpuio. Item de rectoꝛib⁹ ciuitatis qui tpe natalis dñi ludunt ad aleas ꝛ tēpoꝛe carniſpiuij ſunt principaliꝛes ad ludendū ad pluriū etiā notitiaꝫ gueniūt pcta magnoꝛ: ꝛ magis hoies ea indigne ferunt: ꝛꝫ Tho. vbi ſup̄. j. ij. q. lxxiij. ar. x. ¶ Scōo grauat peccatū ꝓpter ꝙditionē ꝑsone in quā peccat. Quanto em̄ ꝑsona in quā peccat: ſiue cui infertur iniuria eſt excellentioꝛ: tanto grauius est pctm̄. Quia ergo ꝑsona diuina ſeu eſſentia eius est infinite excellentie. iō peccata q̄ immediate cōmittunt ꝓta ipſum dñm ſunt grauiſſima: ſicut idolatria/ inſidelitas/ periuriū/ fractio voti/ hereſis ꝛ diuinatio ꝛ hmōi. Scōo poſt illa est grauius pctm̄ ſi offendit ꝑsona que est ꝓiuncta deo. Deo aūt tanto magis aliq̄s cōiungit quāto est virtuoſioꝛ: vel deo ſacratioꝛ ꝛ iō iniuria illata tali perſone magꝫ redundat in dominū: iuxta illud Zach. ij. Qui vos tangit quaſi tangat pupillam oculi mei. Et ps. Nolite tagere chriſtos meos. Nota hic contra blaſphematoꝛes chriſti ꝛ beate virginis ꝛ ſanctoꝝ dei. Nota etiam hic cōtra ſacrilegos ſeu coꝛruptoꝛes monialium. Item ꝓta ꝓcupiſcentias ſacerdotuꝫ. Tertio grauatur peccatū ex conditione ꝑſone cōiuncte ipſi peccanti. Tanto em̄ grauius quis peccat/ quāto in magis cōiuncta ꝑſonā peccat/ ſeu naturali ꝓiunctiōe ſeu beneficiꝫ ſeu quacūq̄ cōiunctione: qꝛ videt in ſeip̄m magis peccare et ꝓto tanto grauiꝰ peccat: ſm illud Eccī. xiij. Qui ſibi neq̄ꝫ eſt: cui alij bonus erit? Quarto grauat pctm̄ ex parte dignitatis perſone in quam peccat. Et ideo peccatū q̄ fit in ꝑſonam publicam: puta regem vel principem qui gerit ꝑſonam totius multitudinis est grauiꝰ q̄ꝫ q̄ cōmittitur ꝓta vnā perſonam priuatam eo qui plures tangit. Unde ſpecialiter dicit. Exoō. xxij. Principi populi tui nō maledices. Et ſimiliter

iniuria q̄ fit alicui famose p̄sone videt esse
grauior: ex h̄ q̄ in scandalū t turbationez
plurimoꝝ redūdat: fm sententiā Tho. j. ij
q. lxxiij. ar. ix. Et cōcordat lex humana q̄
grauiꝰ puniunt delicta q̄ cōmittunt in p
sonā principis q̄ alia: vt ptz C. ad le. iul.
maiestatꝫ. l. Quisquis canonizata. xj. q. j.
¶ Ratio est tripler. s. naturalis/ theologi calis/ ꝛ legalis. ¶ Prima ratio ē natura lis. Cōtraria cōtrarijs curant. Peccatuz aūt ꝙsistit in ꝙplacētia volūtatis ad actū malū: ꝯ curatio a languore spūali q̄ incur ritur ꝓ ipm actū/ cōsistit in displicētia eius dē act⁹. hec ēt displicētia est pnia: igit ꝛc. ¶ Scōa theologicalis est: qz pctm cura ri nō pōt nisi ꝓ gr̄az dei. Juxta illud Ro. iij. Justificati gratis ꝓ gr̄am ipsi⁹. Pctm aute est offensa dei: q̄ directe opponit gr̄e. Et hoc em̄ dicit aliq̄s alteri esse offensus qz repellit eū a gr̄a sua. sm b. Tho. gre. iij. q. lxxxvj. ar. ij. Ergo ꝓ contrarios motus gr̄a acquirit/ q̄ ꝙmittat pctm. Sed pctm mortale ꝙmittitur ꝓ appetitū ꝛ delectatio nem circa res creatas: ꝯ oportet ꝙ gr̄a ac quirat ꝓ aliqua penalia/ quib⁹ affligat ꝓ hoc ꝙ peccauit. Et hec penalis afflictio ē pnia. Vñ dicit pnia quasi pene tētio. Vñ apls. ij. Cor. vij. Que sm deū tristitia est pniaz in salutē stabilez operat. ¶ Tertia ratio est legalis: qz de iure ciuili ꝛ canoni co est/ q̄ ille qui offendit alium: nunq̄ ab eo venia cōsequi merek/ nisi ei satisfaciat de culpa. vt in regula. Pctm nō remittit/ nisi restituat ablatū. de reg. iu. lib. vj. xiij. q. vj. c. si res aliena. ꝛ. c. cū tu. de vsurz. Et ētia qz nl̄m malū transit impunitū. vt. ff. ad. l. aquil. l. ita vulneratus. et. ff. de iudi cijs. l. si longi⁹. §. j. ꝛ. ff. de noxalib⁹. l. xij. §. cuz dñs. ꝛ. C. de defen. ciui. l. ꝓ oēs. ꝛ. c. vt fame. ō sen. exco. dic vt ibi. Et publice vti litatz interūt ne crimina remaneāt impu nita. Ptz rō. Satisfacere em̄ nō pōt quis alteri offenso/ donec sibi placet offensa. multomin⁹ pōt quis satisfacere dō/ donec volūtas adheret pctō. Oportet ꝯ q̄ offen sa displiceat: ꝛ sic idē q̄ pri⁹. Et cōfirma tur rō ex hoc/ q̄ ordo diuie iustitie ꝛ huma ne requirit vt pctō pena reddat. Patz rō. He autē rōnes ꝓtinent ad pniam/ put est virt⁹ vel ꝓturis act⁹. Sz de ea vt ē facim dicit infra cū agek de offensiōe. ¶ Simi litudo dak a doctorib⁹ de naufragio: post q̄ naufragātes nullū hūt remediū salutz nisi accipere aliquā tabulā ꝛc. Sic in ꝓ posito dñs ꝛ saluator noster Jesus chr̄s tāq̄ magn⁹ magr̄ siue carpētarius fecit q̄dam pulchrā nauim ad nauigandū ad portum supne hierl'm secure. s. ꝓ inocentia: ꝛ q̄dā in ista nauigauit recte: vt ꝯgo gloriosa/ et puerī innocētes: vadūt ad paradisuz. Sap. xiij. Trāseuntes mare per ratem liberati sunt. Jn hanc nauim intrauit saluator noster Mat. viij. Ascendēte ieſu in naviculā: sequ cuti sūt eū discipuli ei⁹. s. chr̄iani nouīt ba ptizati. Hec nauis naufragiū patit: vel i pulsu vētī superbie et vanitatis/ vl̄ fluxu lu xurie ꝛ carnalitatis: vel ipulsu auaritie ꝛ cupiditatz: ꝛ tot in istis piculis pereūt/ q̄ ve. c. milib⁹ vn⁹ nō trāsferk cū ista nauī in nocētie baptismal. Jō q̄libet pctō: dz re currere ad tabulā si vult se saluare: clamā do ad deū ex cordis cōritōe dicēdo cū ps. Saluū me fac de⁹: qm̄ intrauerūt aq̄ vsq̄ ad aiaz meā ꝛc. Et h̄ dicūt oēs doctores ꝛ theologi ꝛ canoniste: ꝛ p̄sertim Hiero. Pnia est scōa tabula post naufragiū. Et ētiā magr̄ sen. in. xiij. di. xiij. Ad hoc facit de pe. di. j. c. multipler. ꝛ. c. scōa tabula. et c. sup tribus. Dicit autē scōa tabula respe ctu pme/ q̄ est baptism⁹. Prima tamē est ante naufragiuz pcti mortalis. Scōa ꝙ est post naufragiū. Vel dic ꝙ duo sūt nau fragia. Primum est respectu iustitie ori ginalis. q̄ fuit perdita ꝓ pctm̄ Ade. Ro. v. Per vnū hoiem pctm̄ intrauit in mundū ꝛ ꝓ pctm̄ mors. Et ī rō de⁹ ordinauit pmā tabulā post naufragiū: q̄ est innocētia ba ptismalis. ꝛ istō naufragiū fuit generale. Vñ Aug. Jn Adam oēs peccauerūt ꝛc. Scōm est naufragiuz ꝑticulare. s. peccati mortalis: ꝓ qō frāgit tabula. s. innocētie baptismalis. Et ī rō diuia bonitas ordinauit

uit pniaz:q̄ ē scōa tabula post naufragiū. Et sic ptz silitudo. ¶ Auctoritates pluri me habent:z pmo in themate. Pniaz agite, vt in epla hodierna:que habet Joel.ij Cōuertimini ad me zc. Itē ois lex dicit/ q̄ penitere licitū est.ff.de inītro.actio.l.de etate.§. Celsus.ibi. Celsus scribit licere respōsi penitere:si nulla captio ex ei⁹ pnia sit actoris. Nā z qui optauit acetū,p vino pōt iterū optare vinū,vt.ff.de optione legata,l.ij.§.fi,ibi dicit. Cum cui centū amphoraz vini electio data sit:acetū eligēte nō ꝓsumere optionē/si id acetū elegerit qō vini numero paterfa.non habuit.s.si ꝑ ante degustationē acetū elegerit. Et q̄ iurat aliter q̄ ei debeā:iterū iurare debz.ff. de iureiur.l.qui p salutē.ibi dicit. Qui per salutē suā iurat:si nō ita spēaliter iusiurādum ei delatū est/iurasse nō videt. Et iō ex integro solēniter iuranduz est.adde.l.si pecuniā.ibi dicit. Si pecuniā ꝛdo accepe ris vt Capuā eas:cū p te non steteris:pōt dici repetitionem cessare. Sed cuz liceat penitere ei q̄ dedit:pculdubio repetit id qō datū est/nisi forte tua interfuit non acce pisse pecuniā.ff. de cōdictiōe causa data. Et sic q̄ male pnūciat/iterum iudicat.vt C.de accusat.l.iij.ibi dicit. Si accusatio nibus absentib⁹/z nō p cōtumaciā preses puincie non causa cognita sniam dixerit: causa intētari criminis apō eundē vel successōrē eius:moze iudiciozū tractabit. Et iste auctoritates loquūtur dulcit psuadē/ do/z nō peiptādo. Sed als dīs ꝓcipit penitentiā:cōminando mala plurima cōtra illos q̄ nolunt agere pniam.et hoc dupl̄r. Primo cōminādo mala i generali. Scōo in pticulari. In generali q̄dē cū dicit Luc. xij. Dico vobis:q̄ nisi pniaz egeritis/oēs simul pibitis morte.s.eterna. In pticulari ꝓ sub figura ciuitatis hierl̄m ꝓminatur mala multa anie impenitēti/illa singulariter enumerādo. Vñ dicit Luce.xix. Videns Iesus ciuitatē/fleuit sup illā dicens. Q: si cognouisses:z tu. Et q̄dē in hac die tua q̄ ad pacē tibi: nūc aūt absc̄odita sunt ab oculis tuis. Q: veniēt dies in te:z circundabūt te inimici tui vallo. Et circūdabūt te z coangustabūt te vndiq̄:z ad terrā pternēt te/z filios tuos q̄ in te sunt:et nō relinq̄nt in te lapi, sup lapi.eo q̄ nō cognouit tp̄s visita.tue. Vbi notank septē mala q̄ cōminat deus anie impenitēti.

Primū est senectutis aggrauatio/ibi.ve

Scōm est mortis trepidatio/ibi.z circundabunt.

Tertiū ē dēonū obsessio/ibi.inimici tui.

Quartū iudicij astrictio/ibi.coāgustabūt.

Quintū infernalis detrusio/ibi. (būr. ad terram prosternent.

Sextū est gñal' destructio/ibi. z filios

Septim ē bonoz dissipatio/ibi.z ñ re.

¶ Primuz est senectutis aggrauatio/qñ impenites venit ad senectutē:dies/hore: z oia sunt cōtra eū.qñ erat iuuenis oia vi debank esse,p eo:qñ est senex/oia ꝛtra eū. Oculi q: nō vident: aures q̄a nō audiūt. caput z brachia tremūt:dolet stomach⁹. Dies est ꝛtra eū:q: nō pōt laborare. Hoz q: nō pōt dormire. deficit memoria et intellect⁹.z q̄uis illa mala sint cōia etiā electis:suscipiūt tñ ea i patiētia z spe.z q: nō curāt de vita p̄senti ꝛz de futura:ad quam tāto sunt ꝓmptiozes q̄nto seniozes. Vnde Eccli.xlij. Qui custodit p̄ceptū/nō experiet quicq̄ mali. Ro. viij. Scim⁹ qñ diliḡentib⁹ deū oia cooperank in bonū. Sed ipenitētes q̄ nō hñt spem vite future:pauk mala ista cū magno pondere z amaritudine. Vñ dr. Veniēt dies in te.i.ꝛtra te. Est ne aliq̄ remediū ad hoc? Nō:nisi illud q̄ dr scriptura. Memēto creatoris tui in diebus iuuētutz tue/ añq̄ veniat tp̄s afflictōis.i.senectutis:z appropinquēt anni de q̄b⁹ dicas:nō mihi placent. Eccs.xij. Nota stultitiā illoz q̄ dicunt,qñ ero senex facia pniaz zc. Duplex est stultitia istorū. Prima q: nesciunt si veniēt ad senectutē. Scōa:q: dato q̄ veniant ad senectutē:tñ nō erit tunc locus pnie deficientib⁹ viribus cozpis. Vñ Aug.in decre.de pe.di.vij.in ꝓn. Si vis agere pniam:qñ iam peccare nō potes:pcta te dimiserūt/nō tu illa. Si labor te terret:vide mercedē. Sz dr al' q̄s Juuētis suz:facia mō qō delectat z postea pniam agā.ac si diceret. Percutia me crudeli gladio z postea vadā ad medicū. Satis a fide alien⁹ est/q̄ ad agendā pniaz tp̄s senectutis expectat. Valde eñ timēdū est ne dū vituperāt veniā/incidāt in iudiciū. Dic vt expedit. ¶ Scōm malū mortz/ē trepidatio:q̄ notank cū dr.circunda.te ini,

tui vallo. Inimici sunt timor et dolor de morte instãte. Ps. Timor et tremor venerũt sup me. In morte nãq; tor⁹ hõ patik. Primo in sensibus corpis .s. visu. qz oculis egris odiosa lux: q̃ purꝫ est amabilis. Itez videt filios/vxorẽ/et ꝓsanguineos flẽtes: ꝯs cũ magno dolore relinquit. Itez patik audit⁹: cũ audik fletus et voces plãgentiũ. Itez odorat⁹: ex feroze sui corpis infirmi. Itẽ gustus: qz habz palatũ amarũ ex infectiõe febrꝫ. Itẽ tact⁹: qz totũ corp⁹ dolet. Scõo patik ania. et pmo intellect⁹: qa cognoscit se de primo moriturũ. Memoria qz recordak de mala vita pterita et delectationib⁹. q̃ cõuertenk ei in amaritudines: q̃ nunq; deficiẽt. Volũtas dolet valde se p̃dere aurũ et argentũ/possessiões/filios/et ꝓsanguineos/et corp⁹ suũ: et qõ est deteri⁹ aiam. O q̃t angustie. Jõ dic phs: q̃ mors est vltimũ terribiliũ. Et quõ ania poterit cogitare õ deo tot doloꝛib⁹ inuoluta atq; submersa: Jõ Dauid in pson̄a morientis ọt. Circũdederũt me dolores mortis/et pericula inferni inuenerũt me. Jõ ꝓsulo vobis/q̃ qñ sani estis disponatis de reb⁹ vestris: faciẽdo testm̃ vim et placãdo deum. Vñ ọt ecclia. Emẽdem⁹ in meli⁹ q̃ ignoranter peccauim⁹: ne subito ꝓoccupati die mortis q̃ram⁹ spaciũ pnie/et inuenire non possimus. ¶ Tertiũ malũ est obsessio demonũ/dũ dicit: circũdabunt te. Nota filij tudinẽ de p̃dice absc̃dita in fractura. Si in circuitu cẽnt mille canes/in aere falcones/et hoies vẽatores eã fugãtes et expellẽtes baculis de fractura illa: ibi remanere nõ posset. q̃d misera p̃dix faceret? Ita est de ania hois impenitẽtis. fractura ẽ corp⁹. canes in circuitu sunt demones q̃ sunt in terra. falcones sunt demões q̃ sunt in aere vt athomi in radijs solis/et nõ videnk. ps. Inhabitabũt et absc̃dẽt/ipi calcaneũ meum obsuabũt. Etiã chr̃o appuit diabol⁹ in dextro brachio crucis: vt ọt Beda sup Tob. Btã ꝙgo p gr̃am obtinuit q̃ ei non appareret demões in morte. Dolores ꝙo corpis vrgẽt vt aia exeat: nec põt aliq̃ mõ ibi manere. Ecce misera aia in q̃li p̃ssura est. Libẽter tũc aia vellet bẽe plongatõez rpis ad pentrẽdũ/sz nõ dak. Nota exẽplũz de q̃dã scrõ p̃ze. q̃ vidẽs demones horribiliter tremẽs clamabat inducias vsq; mane. scõo clamãs et se revoluẽs p lectũ/expirauit. in. iij. diak. Itẽ ọt scẽptura aie impenitẽti. Infern⁹ subt⁹ cõturbat⁹ est in occursum tui: suscitauit tibi gigãtes .i. demões. Esa. xiiij. ¶ Quartũ malũ est iudicij districtio/q̃ notak cũ ait. et coangustabũt te vndiq;. Aia ei impenitẽtis tũc hẽbit multos aduersarios. Prio q̃dẽ demones accusantes. Scõo angelos bonos ꝓfirmãtes. Tertio ꝓsciam testificantẽ. Ro. ij. Testimoniũ eis reddente cõscia ipoꝝ. Quarto pliarchas/ap̃has/aplos/martyres/ꝓfessores atq; ẽgies: q̃ oẽs clamabũt. Repellak a ꝓspcto nr̃o rangẽ indign⁹. Ultimo deũ q̃ iudex et testis ꝰ eum erit. Hiere. xxix. Ego sum iudex et testis ọt dñs. Vñ tunc dicet misera aia. Angustie mihi st vndiq;. Dañ. xiij. c. ¶ Quintũ malũ est infernale detrusio siue dãnatio/cũ ọt. ad terrã p̃sternẽre. Ista ẽ terra illa de q̃ dicit Job. xvij. Terrã miserie et tenebraꝝ tẽ. Data ei sentẽtia a chr̃o iudice: detrudek in ifernũ eternalit puniẽda. Lu. xvj. Mortu⁹ est diues et sepul. in infer. Nota sepult⁹. Notarebic potes q̃ tres ceremonias obsuãt demões q̃ ania sepelit in inferno/q̃ obsuank in sepultura co:poꝝ. de q̃b⁹ vide dñica. ij. post festũ trini. et dñica. ij. aduẽ. Emõe q̃ incipit Qui iudicat me dñs est. pre. iij. ¶ Sextũ malũ est gñalis destructio/cũ ọt. et filios tuos q̃ in te sũt. s. p̃sternẽt ad terrã. i. in infernũ. Filij ei vsurarioꝝ et similiũ/dãnank vt plurimũ: nõ q̃dẽ ex pctis parentũ. q⁹ fili⁹ nõ portabit iniq̃tatẽ p̃is/nec p̃ portabit iniq̃tatẽ filij. vt ọt Eze. xviij. sz dãnantur ex pctis ꝓpr̃ijs: qz vsuras q̃s p̃ exegit/nolũt restituere: ñ solũ filij/sz mlti alij. ꝓ ꝗ̃ dãnank: qz sunt ꝑticipes in ꝗ̃ pctõ. Nota ẽ q̃ decez dñnie pson̄aꝝ dãnank. Prio nãq; dãnak vsurari⁹. Scõo filij et heredes nõ restituẽtes vsuram sciẽter. Tertio filia dotata ex pecũia vsuraria. Quarto genere recipiẽs vsuras in dotẽ. Quinto vxor vsurarij vsuẽs ex bonis vsurary. Sexto notarij cõficiẽs sciẽter instm̃ vsurarũ. Septimo testis. Octauo dñs ciuitat⁹ ꝑmittẽs. Nono iudex iudicãs vsuras debere solui. Decio statuta: statuẽs vsuras nõ posse repeti. De his trib⁹ vltimis hz in Cle. j. de vsuris. Undecio põt addi pcepta. Duodecimo ꝑticipãs i crimie vsure. s. ꝓsulẽdo/

mãdando rẽ. Q, aũt dixi de filia dotata
& genero: est verũ nisi in trib⁹ casib⁹. Pri⁹
mus est qñ socer dotãs h3 alia bona de q⁹
bus dotat filiã. Scõs ẽ: qñ licz nihil aliõ
habeat pr̃ nisi vsuras: tñ creditores sũt in⁹
certi, qz tũc cũ restituẽda sit vsura pauperi
bus, vt in Ele. j. de vsurz. põt de vsura da
re dotẽ filie: nõ vt filie/sz vt pauperi/sic &
alijs pauperib⁹: maxie cuz auctoritate seu
2silio epi. Et qz vt paupi donat: nõ ad põ
pã & supflumtatẽ dare dz/sed solũ ad necita
tẽ. xvj. q. j. si cupis. in fi. Tertius est: qñ fi
lia & gener recipiũt ignorãter: qa tũc videt
tur excusari ꝑdiu durat ignorãtia. Post⁹
q̃ vo scit/nunqd teneꝫ? Rñdeo: de cõsum
pz̃ nõ videꝫ teneri: qz bone fidei possessor
facit fructꝰ suos. l. fructꝰ. ff. de rei ven. & l.
certũ. C. eo. ti. vbi dr. Certũ est male fidei
possessores/oẽs fructꝰ debere cũ ipa re pre
stare: bona vo fide extãtis. post litz aũt cõ
testationẽ/vniuersos. De extãtib⁹ tñ rene
tur gener ad restitutionẽ illis qb⁹ socer te
nebaꝫ. Itẽ q dixi de vsura vsurarij: intelli
ge cũ determinatõe seu limitatõe quã po
nit Ray. in sũma. Et nota in sũma Pisa⁹
na, restitutio. j. ij. & vij. Prz g̃ q dãnaꝫ fi
lij ex petõ parẽtũ a dõ. Dixit dñs Moysi
Exo. xx. Ego suz deꝰ zelotes visitãs petã
pm in filios vsqz i tertiã & qrtã gnatiõez
eoꝝ q oderũt me. Esa. xxxij. Nõ vocabiꝫ in
eternũ semẽ pessimoꝝ. Prepate filios eiꝰ
occisioni in iniq. pa. eoꝝ: nõ resurgẽt neqz
hereditabũt ter. neqz implebũt faciez orb
ciuitatũ. ¶ Septimũ malum est bonorũ
dissipatio/ibi, & nõ relin. lapi. sup lapi. At
de bonis hoim impenitentiũ/ꝑtim vsu
rarioꝝ: nihil remanet. Nã ex iusto dei iu
dicio/mortuo vsurario filij statim mortiũ/
tur & relinquũt alienis diuitias suas: & se
pulchra eoꝝ domꝰ illoꝝ in eternũ. ps. Jõ
dr alibi. Thesaurizat & ignorat cui cõgre
gabit ea, & si filij sui diu viuerint/erũt dis⁹
sipatores bonoꝝ. Vñ Eccls. ij. Detestat⁹
sum oẽm industriã/q sub sole studiosissi⁹
me laboraui: habit⁹ heredẽ post me quẽ
ignoro vtrũ sapiẽs vel stult⁹ sit. Vel alio
mõ ex diuia puidẽtia dissipanꝫ bona ipsa
& pereũt, qz notũ est: de bonis male acqsi⁹
tis nõ gaudebit tertiꝰ heres. Vñ de diui⁹
tijs male acq̃sitis nihil inde remanet/nisi
gũl pa/Vñ Chrz. sup Mat. & hz in pecto.
xxxviij. di. c. ejiciens. Quẽadmodũ em̃ si
triticũ aut aliud tale cernas in cribro: duz
huc et illuc tractaꝫ/oia grana paulatim de
orsum cadũt/& in cribro nihil remanet ni
si sterc⁹. sic de iuba negociatorũ nouissime
nihil remanet nisi solũ petm̃. Et ꝓfirmaꝫ
auctoritate scpture dicẽs. De mercedib⁹
meretricis cõgregata sunt: & vsqz ad mer⁹
cedẽ meretricis reuertentꝫ sup h plãgaz/et
vlulabo: vadã spoliat⁹ & nud⁹. Michee. j.
Nota de mercede meretricꝫ. i. auaritie, qa
sic meretrix cõlcat oib⁹ laicis/clicis/& reli
gios: ita vsqz ad meretricẽ. qz sic malo mõ
si ditie acqsite: sic malo mõ dispgẽt. Sup
h plangã. i. ꝓ trit̃one. vlulabo ꝓ cõfessio
nẽ. vadã discalciat⁹ & nudus/ꝓ satisfactio
nẽ. Jsta tria dãtur vsurario remedia. Pos⁹
tremo subiũgit dñs rõnez oim maloꝝ di,
Eo q nõ cogueris tps visitatõis tue. Vi
sitat deꝰ petorẽ dupl̃r. Prio interi⁹ inspi
rãdo & suadẽdo. Apo. xij. Ego sto ad ostiũ
& pulso. Scõo exteri⁹ ꝓ pdicatiões publi
cas fratrũ ꝓ infirmitates. Job. x. Visita⁹
tio tua custodiuit spũ meũ. Sz hoies pec
catores min⁹ intelligũt/q̃ anialia trõna
bilia tpis cõgruitate. Cõtra qs Hiere. et
probãs sic ait. Milu⁹ in celo cognouit tps
suũ: turtur & hirũdo & ciconia custodierũt
tps aduẽtus sui: pp̃ls autẽ meꝰ nõ cognit
iudiciũ dñi. Hier. viij. Ergo pniam agite
qz est necessariũ. ¶ Quarto & vltimo pro
baꝫ pniaz esse necessariã exẽplo. Videm⁹
q oẽ aial cũ se infirmũ sentit/sollicite, pcu
rat & qrit sue sanatõis remediũ. Sic dicit
Amb. in Hexa. Ursus em̃ cũ se grauatũ
sentit: qrit formicas & comedit/& per eas
purgaꝫ tanq̃ ꝓ medicinã. Silitudo vt re
fert Vale. Ceruꝰ cũ se vulneratũ sentit sa
gitta venenata: currit ad herbaz dictamũ
comedendã. sicq̃ cũ eã comederit/fertꝫ de
vulnere exilit cuz veneno/& sanaꝫ. Sic et
mustela cũ patiꝫ ab aspide cũ veneno: qrit
cardellã. Hoies etiã cũ sunt corꝑaliter infir
mi: qrunt sollicite medicos a quib⁹ curari
pñt. Cũ igit vulnera aie. i. vitia: & peccata
grauiora sint & piculosiora q̃ vulnera coꝛ
poris. tũ qz occultiora/tũ qz ad petorẽ pni
cie finaliter ꝓducũt: qz ad mortẽ aie nõ tpa⁹
lẽ sz eternã: cur miser hõ nõ magz sollicite
qrere dz remediũ pnie q̃ morbi & vulnera
aie sanãtur? Sz o cecitas petoꝝ. nã maio

rē diligentiā hz pctōr ipenitēs de iumēto suo vel de asino/q̄ de aia. qz si asin⁹ infirmak. ꝛtinuo et statim mittit p manischalcho/ꝛ p meliore ciuitatis. sz si pctōr infirmak in aia: negligit. Jtē maiorē honorez facit calciamēto suo q̄ anie: qz caligā lacerata facit ꝛtinuo sui. sed aia q̄tidie lacerak ꝛ nō curat. Debet ḡ q̄libet pctōr/ꝛ maxie in h̄ tpe q̄dragesimali fortiter clamare ad deū cū rugitu cordis ꝛ cōritione di. Pctā mea q̄si sagitta infixa sunt in me: sed añ q̄ vulnera generē in me/sana me dñe medicamēto pnie de⁹. Sic dauid clamauit di. Miserere mei dñe: qm̄ ꝛturbata sunt oia ossa mea. i. ꝑtutes aie q̄b⁹ sustētak in gra dei: sicut corpus ossib⁹ sustentak ne cadat. Et sic faciendo habebim⁹ hic gr̄am ꝛ gloriam in futuro. Amen.

De vtilitate ꝛ infructuositate penitētie. Sermo. ij.

Penitētia agite ꝛc. Supra in ꝓmone ꝓximo dictū est ō pnie necessitate: mō sequit de pnie q̄litate/viez de pnia inutili ꝛ infructuosa: in sequēti ꝓmone videndū est de pnia vtili ꝛ fructuosa. Salutef virgo ꝛc. ¶ Pro fundamēto ꝓmonis oritur theologicalis q̄stio. ¶ Querit. Utrꝫ per pniaz possit remitti qcūqz pctm̄: Arguit q̄ nō illud p q̄ō remittit pctm̄ tāte bonitatis oz esse quāta est malitia in pctō. Sed malitia pcti est infinita/cū sit ꝺ bonū infinitū. sed bonitas pnie nr̄e est infinita: igit. In oppositū habef Eze. viij. Si impius egerit pniam ab oib⁹ pctis suis: oim iniquitatū ei⁹ q̄s oblat⁹ est nō recordabor. Ergo p pniam pōt remitti qcūqz pctm̄: ꝛ sic q̄stio manet pro vtraqz pte dubia. Ad q̄stionē respondendū est ꝓm Rich. sup. iiij. sen. di. iij. ar. vij. q. j. q̄ pnia pōt accipi p pnia informi aut formata p graz: et vtroqz mō pōt accipi p habitu vel actu interiori vel exteriori. Dico ḡ q̄ pniaz informē/siue accipiak p habitu siue p actu/interiori siue exteriori/siue p oib⁹ sik: nō remittit pctm̄ nisi dispositiue/inq̄ntū p ipsam disponit hō ad suscipiendū gr̄am dei p quā formalr remittit pctm̄. spealr⁹ tñ disponit ꝛ directe⁹ ad pcti remissionē quaz q̄cūqz alia virtus informis. qz oia pcta in h̄ ꝛueniūt: q̄ vnū q̄dqz est q̄dā iniustitia. i. ꝛtra iustitiā legis/diuie. ꝛ prima spealiter ꝛ directe disponit hoiem ad h̄ vt possit ꝛ velit p illa iniuria debitā emendā facere cum adiutorio dei. Et ad argumentū ōr/q̄ ſq̄uis bonitas penitētie nr̄e sit finita: tñ fructus meriti ch̄ti: sine qua p pniaz nō possem⁹ mereri remissionē pcti aliq̄ mō: est infinita inq̄ntū fuit meritū illi⁹ q̄ bonitatē habet infinitā. Ad quā faciendā nos exhortank ꝓba p̄assum pta. ꝛ sic de alijs. ¶ Pro euidētia dicēdorū: notandū q̄ circa pniam agendā ꝙq̄z differētib⁹ modis se hūr hoies. Prio q̄daz nec peccāt nec pniaz agūt. Jsti sunt velut angeli: de q̄b⁹ possum⁹ admirari dicētes. Quis est hic ꝛ laudabim⁹ eum: Fecit em mirabilia in vita sua. Eccī. xxxj. Tales fuit infantes baptizati. De adultis aūt paucissimi sūt/nec meminī me legisse aliquez adultū talē/q̄ſ⁹ multi fuerī ꝛ plures ipsorū/statū innocētie ꝛseruasse legant: tñ oēs se in afflictōe pnie macerauerūt/sicut Johannes bap. ꝛ ceteri sīles. De q̄b⁹ dicit scriptura. ij. Parak. vlti. Et tu dñe iustoz nō posuisti pniam iustis Abrahā Jsaac ꝛ Jacob/his q̄ tibi nō pecca. Tales vt dixi sūt sīles angelis: q̄ nec peccāt nec agūt pniaz ij. Reg. xiij. c. Sic est angelus dñi/sic est dñs me⁹ rex: vt nec b̄nedictiōe nec maledictione moueak. Quidā ꝛ scdo mō nō peccant/ꝛ tñ agūt pniam ieiunādo/orando/vigilando: ꝛ corpa affligēdo. Jsti sunt viri pfecti: sicut fuit saluator. q̄ cuius pctm̄ nō fecit nec inuētus est dolus in ore eius sicut ōr Esa. liij. ꝛ. j. Pe. ij. c. tñ tota vitaz suaz cōpleuit vigilijs/orationib⁹/ꝛ ieiunijs. Un̄ ieiunauit q̄draginta dieb⁹ ꝛ q̄dragīta noctib⁹/nō manducās neqz bibēs. sicut ōr Mat. iiij. Jtē Luc. vj. Exyt in montē ꝛ erat pnoctās in orone dei. Sic fuit gloriosa ẏgo Maria: q̄ tota vitā suā duxit in vigilijs ꝛ orationib⁹. Talis etiā fuit Job: de q̄ dicit q̄ nō peccauerit moraliter: ꝛ tñ ōr. Ipse me reprehendo ꝛ ago pniam in fauilla ꝛ cinere. Job. xlij. Quidam ꝛ tertio mō peccāt/sed nolūt agere pniam: quoꝝ finis interit⁹. Cōtra q̄s loquit Hiere. di. Nemo q̄ bonū est loquit: nullus est qui agat pniam de pctō suo dicens quid feci. Oēs cōuersi sunt ad cor⁹ suū quasi equ⁹ in

impetu vadēs ad p̄liū. Hiere. viij. ⁊ Job xxiij. ait. Dedit ei de⁹ locū pn̄ie: ⁊ ipe abutif eo in superbiaz: qnimo totū tp̄s vite sue expēdit in gaudijs vanis ⁊ delectatio nib⁹ carnis/dicēs illud Sap̄. ij. Dixerūt em impij apō semetipos/ſz nō recte. Extinguū ⁊ cū tedio est tp̄s vite nr̄e: ⁊ nō est refrigeriū in fine hois. ⁊ nō est q̄ agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus/⁊ post hec erim⁹ tanq̄ nō fuerimus qm̄ fumus afflat⁹ est in nar̄ib⁹ nr̄is: et sermo scintille ad cōmouendū cor nr̄m. qa extincta⁹ cinis erit cor⁹ nr̄m/⁊ spūs diffundetur tanq̄ mollis aer: ⁊ transiet vita nr̄a tanq̄ vestigia nubis/⁊ sicut nebula dissoluet. q fugata est a radijs solis ⁊ caloze ei⁹ aggrauata: ⁊ nomen nr̄m obliuionē accipiet p tp̄s/⁊ nemo habebit memoriā opeꝝ nr̄oꝝ. vmbze em̄ transit⁹ est tp̄s nr̄m: ⁊ nō est reuersio finis nr̄i/ qm̄ cōsignata est ⁊ nemo reuertet. Venite g̃ ⁊ fruamur bonis q̄ sunt/⁊ vtamur creatura tanq̄ in iuuētute celeriter vino p̄cioso: ⁊ vnguētis nos impleam⁹ ⁊ nō p̄tereat nos flos tēporis: coronem⁹ nos rosis anteq̄ marcescāt: nullum pr̄a: ū sit q̄ nō ptranseat luxuria nr̄a: nemo nostrū sit exors luxurie nr̄e. Vbiq̄ relinqm⁹ signa letitie: qm̄ hec est ps nostra ⁊ hec sors. Oppримamus pauperē iustuz ⁊ nō parcam⁹ vidue nec veterano: nō reuereamur canos multi tp̄is. sit aut̄ fortitudo nr̄a lex iniustitie: qō ei infirmū est inutile inuenit. Tales sunt multi q̄ nullā pniam agere volūt: qnimo de p̄cīs cōmissis letant ⁊ exultāt. Juxta illud Prouer. ij. Qui relinquūt iter rectū ⁊ ambulant p vias tenebroſas: q̄ letant cū male fecerint ⁊ exultāt in reb⁹ pessimis. Necessariū est vtad eternā dānationez p̄cipitent. Juxta illud Job. xxj. Tenent tympanū ⁊ cythara/⁊ gaudēt ad sonitū organi. ducūt in bonis dies suos: ⁊ in p̄cto ad inferna descēdūt. Istud nāq̄ est illō p̄cīm qō nūq̄ merēt remissiōez. ſ. finalis impnia. Vn̄ sup illud Amos, j. Sup trib⁹ sceleri⁹ damasci ⁊ sup q̄tuor nō cōuertā eā. Dicit Hiero. ⁊ hz in decre. de pe. di. j. Sup trib⁹ sceleribus ⁊ sup q̄tuor nō cōuertā eū. iuxta trop̄ologiā h̄ possum⁹ dicere. Primū p̄cīm ē cogitasse q̄ mala sunt. Secōm cogitatiōib⁹ acq̄uisse q̄uersis. Tertiū qō mente decreueris ope cōplere. Quartū post p̄cīm non agere pniam/⁊ suo sibi cōplacere delicto. Hec ille. Isti tales ipenitentes sic deteriores Juda: q̄ pnia duct⁹ est. vt dicēt. j. gre ij. ⁊ sunt silēs diabolo. Et h̄ est illud p̄cīm p q̄ phibz Joānes apls ozare vi. Jn pn̄ia Jo. v. Qui scit frēm suū peccare p̄cīm nō ad mortē: petat ⁊ dabit ei vita peccāti nō ad mortē. Est p̄cīm ad mortē nō p illo dico vt roger q̄s. Hoc p̄cīm ad mortē est filialis impnia: vt declarat Aug. ⁊ hz de pe. di. j. pōt. Et sic ptz tertia dīctia. Quidam peccāt ⁊ agūt pniam infructuosaz ⁊ inutilē. Quidā g̃ peccant ⁊ agunt pniam fructuosam ⁊ vtilē: de q̄ dicēt in ſmone seq̄nti. Jn pn̄ti ꝑo loquemur de quarta differentia: p cui⁹ plena declaratiōe nota: q̄ septem sunt differētie person⁹ que agunt penitentiā infructuosam: vicz

Quidā nāq̄ agunt penitentiā seraz: ⁊ hec est damnatoꝝ.

Quidā pniaz desperatā. ⁊ hec est p̄ditoꝝ

Quidā simulatā. ⁊ hec est hypocritarū

Quidā coactā. ⁊ hec est malefactoꝝ.

Quidam falsam. ⁊ hec est obstinatoꝝ

Quidā indiscretā. ⁊ hec ē supstitioſoꝝ.

Quidā mom̄taneā. ⁊ hec ē recidiuoꝝ.

¶ Prima g̃ pn̄ia sera est dānatoꝝ existentiū in inferno. Tales em̄ agūt pniam/sed tardā: q̄ nō in tp̄e remissiōis. Qz autem agant pniam serā/ꝓbat Sap̄. v. vbi in p̄sona dānatoꝝ ōr. Tunc stabūt isti in magna ꝑstātia aduersus eos q̄ se angustiauerunt/⁊ qui abstulerūt laborez illoꝝ. Videntes turbabunt timore horribili: ⁊ mirabunt in subitatiōe insperate salutis: dicentes intra se pniaz agētes/⁊ p̄ angustia spiritu⁹ gemētes. Hi sūt q̄s aliq̄n habuim⁹ in derisuz ⁊ in sititudinē improperij. Nos insensati vitā illoꝝ extimabam⁹ insaniā/⁊ finē illoꝝ sine honore. Ecce quō cōputati sūt inť filios dei ⁊ inť scōs sors illoꝝ est. Ergo errauim⁹ a via ꝟitatis ⁊ iustitie: lumē nō luxit nob/⁊ sol intelligētie non est ort⁹ nob. Lassati sum⁹ in via iniq̄tat̄ ⁊ pditionis/⁊ ambulauim⁹ vias difficiles: viam aūt dñi ignorauim⁹. Quid nob⁹ pfuit supbia nr̄a: aut q̄d diuitiaz iactantia ꝓtulit nob⁹. Trāsierūt oia illa tanq̄ vmbra: ⁊ tanq̄ nunti⁹ p̄currēs: ⁊ tanq̄ nauis q̄ trāsit fluctuātē aquā: ꝙ cū p̄terierit nō ē vestigiū inuenire

neq̄ semitā carine illius in fluctib⁹. Aut auis q̄ transuolat in aere: nullū inuenit argumentū itineriz illi⁹ sed rēm sonitū alarū ꝑberās leue ventū z scindēs p vim itineris aere/cōmoriz alis trāsuolauit. Et post ℏ nullū signū inuenit itineriz illi⁹. aut tā̄q̄ sagitta emissa in locum destinatū: diuisus aer ꝛtinuo in se reclusus est: ita vt ignoret trāsitū illi⁹. Sic z nos nati ꝛtinuo desinimus ee: z ꝓtutis q̄dē signū nullū valuim⁹ oñdere: i malignitate aut nr̄a ꝛsumpti sumus. Talia dixerūt in iferno hi q̄ peccauerūt: qm̄ spes impij ēq̄ lanugo est/q̄ a vēto rollit: z tā̄q̄ spuma gracilis q̄ a procella dispergit, z tā̄q̄ fum⁹ q̄ a vēto diffusus ē: et tā̄q̄ memoria hospitis vni⁹ diei ꝑtereuntis. Sz dices. Quare ḡ nō ꝓsequūt venia ex q̄ pniaz agūt: Nō em̄ videt equū: si bona volūtate hūt q̄ ꝑpetuo puniant: maxime cū ps̄. dicat. Hunq̄d obliuiscet miserēri de⁹/aut ꝛtinebit in ira sua miscōias suas: Sz rñdeo q̄ nō agūt pniaz ō culpa in ēntū est culpa z offensa dei: sz ō pena inēntū est afflictiua ipsoꝝ. vt no. b. Tho. ij. q. xiij. ar. iij. z ō de pena dolēt pot⁹ q̄ de culpa. nā in culpa hūt fixā volūtate z immobilē. Q: ḡ culpa est eēna/ō z pena est eēna. Q, autē culpa dānatorū sit eterna ꝑbat triplici rōne. Pria est q̄t̄ immobilitatē volūtatiz: q: immobilit manet volūtas fixa ad⁹ q̄ nō pōt mutari in bonū. Vñ nō pōt velle bñ/nec opari. Quāuis em̄ dānati aliq̄ bonū possint velle: nūq̄ tñ illud bonū volūt bñ/sz male: q: ad malū finē oia conuertūr. Sic pz de diuite epulone/q̄ petebat Lazarū mitti ad frēs suos/ne z ipi descenderēt in locū illū tormētoꝝ. Luc. xvj. hoc em̄ volēdo/vtiq̄ bonū volebat: sed q: ad malū finē illud volebat/ō illud bonū male volebat. Sic z demones z ꝑe credere pñt z dicere. Luc. iiij. Exibāt demonia clamātia z dicētia: q: tu es fili⁹ dei. Jrez Ja. ij. Demōes credūt z ꝛtremiscūt. quin imo q̄q̄d demones circa hoies opant/bonū z iustū ē. Vñ sup illō. j. Re. xvj. Spirit⁹ dñi mal⁹ vexabat Saul: ōt Gre. Secundū q̄ sathane voluntas z si sp mala sit/nūq̄ tñ prās iniusta. igit dānati in iferno nihil ꝑ fūt bene velle nec opari. Et hoc no. Mat. xxij. vbi ōr. Ligatis ma. eius z pedes ꝓo affectōes: q̄ adeo sūt ligate q̄ nec pñt nec volūt operari aliq̄d bonū vt dicti. Vñ dānati etiā ꝑ venialib⁹ petis eēnaliē puniēnt. Et rō hui⁹ immobilitatis ē: qa rō mobilitatiz aīe corpi mortali vnite/cedit ab ipo corpe: q: vnūq̄q̄ recipit in altero ꝑ modū recipiētis. Corp⁹ ē mortale dū ē corruptibile: iō ad sūm dolōnē trahit aiaz Sap. ix. Corp⁹ q̄d corrū. ag. aiaz z deprimit. inha. sen. mul. cogi. Dispositio aūt aie mouēt ꝑ accīs ſm aliquē motum corpis Cū em̄ corp⁹ defuiat aie ad ꝑpas operationes: ad h̄ em̄ corp⁹ datū ē/vt in ipso exīs pficiat q̄si ad pfectionē ꝑ motuz. Q̄ igit erit a corpe separata: non erit in statu vt moueat ad finē/sz vt in fine adepto quiescat, immobilit igit ē volūtas cuiusq̄ ad desideriū vltimi finis. Et vltimo aūt fine deperdet volūtas bona: q: q̄cūq̄ aliqs vult in ordine ad bonū finē/bñ vult. male aūt q̄cūq̄ ad malū finē. Nō est igit volūtas aie separate mobil⁹ de bono in malū/vl ecōtra: sz sit mobil⁹ de vno volito in aliud: fuga⁹ tñ ordie ad cūdē vltimū finē. nec ꝑt h̄ in separate sūt puate libero arbitrio. Tal⁹ em̄ mobilitas volūtatiz libero arbitrio ñ repugnat cui⁹ act⁹ est eligere. Electio aūt est cop⁹ q̄ sūt ad finē: nō aūt vltimi finis. Sicut igit nūc nō repugnat libero arbitrio/q̄ immobilē volūtate desideram⁹ beatitudinē/z miserā fugiam⁹ in cōi: ita tūc nō erit ꝯ liberū arbitriū/q̄ volūtas immobilit ferat in aliqd determiatū sīc in vltimū finē. Q: sīc nūc immobilit nob adheret nā cōie ꝑ quā beatitudinē appetim⁹ in cōi/ita etiā illa spūalis dispositio ꝑ quā hō vult/illō desiderat vt z vltimū finē. nec etiā existimādū/q̄ anie postq̄ immobilit resūment corpa in resurrectiōe: immobilitatē volūtatis amittāt/sz in ea ꝑseuerabūt: q: corpa in resurrectiōe dū ponent⁹ ſm exigentiā anie/ nō autē immutabunt⁹ ꝑ corpa ꝑdicta. vt ponit b. Tho. in iij. ꝯ gētil. c. xcv. Propter ea apls vocat corpa post resurrectiōez spūalia. j. Cor. xv. Semiat corp⁹ aiale/relurget corp⁹ spūale: q: totali⁹ subiect aīe seu spūi/z dispone tur ſm exigētiā ei⁹. ¶ Scda rō est ꝑt penalitatiz eēnitatē. Dānati em̄ merent penā eēnā: q: sīc offensa est infinita ꝑt dignitatē ei⁹ q̄ offendit. s. dei: q̄ est infinite dignitatis: sic z pena dz esse eēna z infinita. Nō autē pōt esse eēna z infinita intensiue q̄tū

ſz ad acerbitatē: qz ſic annihilaret aīam: q̄ eſt finite capacitatz. Oportet g̃ q̄ ſit infinita extēſiue. ſ. q̃tum ad durationē. Inter ceteras aūt penas quas dānati patiūtur: vna eſt ipa inordinatio volūtatz: qz ipi quātū hñt inordinatā volūtatē/diſplicēt eis oīa: q̄ recta ſūt. z ꝑ hoc diſplicet eis: q̄ dī volūtas implet in oīb⁹: cui peccādo reſtiterunt. Igit inordinata volūtas ab eis nō tollet. Jō dr. Ecci. xj. Si ceciderit lignū ad auſtrū vel ad aq̃lonē: in q̄cūq; loco ceciderit ibi erit. ¶ Tertia ratio eſt: ꝓpter ꝓuationē gr̃e z charitatis. Nō ei volūtas a petō mutet in bonū: nō niſi p gr̃am dei ꝓtingit. Juxta illō Ro. ix. c. Nō eſt volentis neq; currentis: ſed miserētis dei. Jrē. ij. Loi. ij. Nō q̄ ſufficiētes ſim⁹ cogitare aliq̄d a nob⁹ s. q̃ſi ex nobis: hz ſufficientia nr̃a ex deo eſt. Et ex eadē gr̃a eſt/q̄ petā peniteīb⁹ remittunt. Ro. iij. Juſtificati gratis p gr̃am ipius. Si aūt anie bonoꝝ admittunt ad ꝓfectā ꝓticipationē diuie bonitatz: ita dānatoꝝ aīe a gr̃a totaliť excludunt. Nō g̃ poterūt mutare i melⁱ⁹ volūtatē. Et q̄ p z/q̄ opinio Origenis s. falsa: z hereticа: q̄ poſuit oēs demōes/z oēs homines eſſe ſaluādos. Cōtra qō eſt expreſſe auctoritas ſaluatoris dicētis. Mat. xxv. Jte maledicti in ignē eternū: q̄ paratⁱ⁹ eſt diabolo z angel' eⁱ⁹. Propt̄ h̄ igr̃ fuit Origenes tāq; hereticⁱ⁹ ab eccl'ia dānat⁹. Ut dī in decret. xxiij. q. ij. in fine. De h̄ vide qō ſcripſi in ſmōib⁹ de pcīs in gñe: ſmo. ix. z dñica. ij. poſt feſtū trinitatz: ſmone q̄ incipit. Jrat⁹ de⁹ et⁹ z̄. ¶ Scā eſt pnia deſperata: z h̄ eſt pditoꝝ ſicut fuit pnia Jude traditoris: q̄ pnia ducⁱ⁹: retulit triginta argēteos dī. Peccaui tradēs ſanguinē iustū. Matt. xxvij. Sz nō ꝓfuit ei: qz defuit ſibi forma pnie. ſ. ſpes venie. Vñ dſperatⁱ⁹ laqo ſe ſuſpēdit: z diffuſa ſunt oīa viſcera ei⁹. Act. j. Et hoc/ſō qz nō acceſſit ad eos q̄ poterāt ſibi de pnie remedio puidere: et ꝓſilū dare. Debebat em̄ Judas accedere ad dñm gloriosaz: vt p eo intercederet. Vel ſi ꝺ ea erubeſcebat: debuit ire ad mariā magdalenā z marthaz: vel ad apl̄os. Vñ Aug. ꝺ pe. di. vj. c. Qui vult ꝓfiteri petā ſua. ſic ait. Jōq̄ nō petat ſacerdotes aliquā culpā/ab vnitate eccl'ie diuiſos. Judas em̄ penitēs: iuit ad phariſeos: z relinquēs apl̄os nihil inuenit auxilij/niſi argumētū deſpatōis. Dixerūt em̄. Quid ad nos: tu videris. Si peccaſti: tibi ſit: nō tibi ſuccurrim⁹: petā tua nō charitatiue ſuſcipim⁹: nō cōportāda, pmittim⁹: nec q̃lit̄ veponas on⁹ docem⁹. quid enim nobis z miſcōie: q̄ nec opa ſeq̃mur iuſtitie. Sed ſi iuiſſet ad frēs: q̄ ozauerāt p̄ ſocru petri fe bzicitāte: q̄ cananeā impzobā mie obtuleīrāt: inſrogaſſet Petrū p̄ ſe effundentē lachrymas: nō fugiſſet Martā z Marthā q̄ vitā Lazaro ipetrauerūt/nō turbā. plorātē: q̄ vnicū filiū acq̃ſierat vidue. iuit ad diuiſos/z diuiſus perijt: hoc ibi. Talis em̄ fuit pnia Caīn q̄ deſperās ait. Maior eſt iniq̃tas mea: q̃ vt veniā merear. Gen. iij. Cal' etiā fuit ille mercator/q̄ cū ad extremū veniſſet/rogatⁱ⁹ fuiſſet a circūſtantib⁹ vt teſtamētū ꝺderet z ꝓfiteref: poſtq̃ renuit/tādē illoꝝ victⁱ⁹ inſtātia: ait teſtamētū meū eſt h̄: qz bona mea relinq̃ filio meo: corpⁱ⁹ ꝑbytero parochiali: aniam vero relinq̃ diabolo z defunctⁱ⁹ eſt. Sic eſt hodie de multz: q̄ iuſto dī iudicio deſperātes potⁱ⁹ cū Juda vadūt ad phariſeos. i. audiūt demonū ꝓſuaſiones q̃ ſcīoꝝ/z nolūt ꝓfiteri: qz diabolⁱ⁹ cuⁱ⁹ ſuaſionib⁹ credūt: linguas ipoꝝ ꝓmittēte deo claudit. Et recte facit diabolⁱ⁹ ſic lupⁱ⁹/q̄n rapuit ouē: qz accipit eā p̄ gutt' vt clamare non poſſit. Vñ legit̄ q̄ cū q̄dā demoniacⁱ⁹/ad quēdā virū ſcīm fuiſſz adductⁱ⁹: z cū demonē adiurāſſet vñ recederet: z nomen ſuū ſibi diceret. Ille ait. Nos ſumⁱ⁹ tres frēs: q̄ habemus nr̃a officia deſminata. Ego ei voco: claudēs coz. Alius claudēs os. Tertiⁱ⁹ vocat' claudēs marſupiū. Officiū em̄ meū ē cor pctōis indurare: vt nō poſſit h̄e ꝓtritionē. ſed ſi forte cōterit' laboraī frat' meⁱ⁹: ſz claudēs os: vt ꝓfeſſionē impediat. Et ſi forte ꝓfeſſus fuerit: laboraī tertiⁱ⁹ frat' meⁱ⁹. ſ. claudēs marſupiū ne ſatiſfaciat: z ne malle ablata reſtituat. Et ex h̄ fit pnia inutil'. ¶ Tertia pnia eſt ſimulata: z hec ē hypocrita ꝓpria illud. Cū ieiunatis: nolite fieri ſic hypocrite triſtes Mat. vj. Tal' fortaſſe fuit pnia Eſau: de q̄ dicit Apl'. Heb. xij. Nō nō inuenit locū pnie: q̃q̄ cū lachrymis inq̃ſiſſet eā. Tales hypocrite ſūt: ſic arbores frōdoſe et ifructuoſe: q̄ merenť a chr̃o maledici: z areſcere ita vt nihil alīō

valeāt: nisi ad cibuz ignis. Figura de hoc hz in ficu: cui dñs maledixit: ō q̄ hz Mat. xxj. Dic hist̄oriā. Et nota p materie ampliozi declaratōe: q̄ ttuoz sūt spēs hypocrisis. Prima est boni simlatio, cum. s. hō simulat se bonū facere qō non facit. Tales erāt illi hypocrite ꝺ q̄s loquit dñs. Mat. vj. c. Attēdite a falsis pphis. Et ꝓtra hoc sic ait. Greg. Simlata eq̄tas ē duplex iniq̄tas. Tales sūt silles arboribꝫ sodomoz: ō q̄bꝫ dicit in hist̄oria scholastica: q̄ faciunt iuxta mare moztuū poma lluida in apparētia exteriozi: sed cū matura credūt z aperiūt scintillis plena inueniūt. Secda spēs est boni defedatio/seu deturpatio. Tunc aūt hoies bona sua fedant: qñ ea q̄ sūt de se bona/z de suo gñe mala intentiōe corrūpūt ea faciēres/vt hoibꝫ placeant: vl vt bona tpalia ꝓsequnt: pura dignitates/honozes/diuitias zc. Nō aūt vt placeāt ꝺo. Tales etiā dānant sicut falsarij monete. Nā monetā q̄ debet esse aurea vl argētea: faciūt stanneā. Sic opa corp/q̄ debēt esse aurea p charitatē/vl argentea p puritatē falsa sūt: q: habēt solā similitudine boni zc. Cōtra ds ꝺr dñs. Mat. xv. hypocrite bñ pphetauit ō vob Esaias pphā dī. Populus hic labijs me: honozat corde aūt eoz longe ē a me. Vñ ꝺr hypocris ab hypos/qꝺ ē sub z crisis: aurū q̄si alitō habēs sub auro. i. sit apparētia boni. Cōtra ds terribilit iterū clamat dñs. Mat. xxiij. dicēs. Ve vobis scribe z pharisei hypocrite/q̄ silles estis sepulchris dealbatis: q̄ foris apparēt hoibꝫ speciosa: intꝰ vero plena sūt ossibꝫ moztuoꝝ/z oī spurcitia. Sic z vos foris/q̄dē apparetis hoibꝫ iusti: intꝰ aūt pleni estis hypocrisi z iniq̄tate. Tertia spēs hypocrisis est mali palliatio: qñ sez bonis obtūbrationibꝫ mala sua depingūt: qñ vicz aliquas ostētatiōes faciunt: vt mala sua cautꝰ faciāt/z extra hoibꝫ nō appareāt. Tales sunt sic lupi: de q̄bꝫ ait dñs. Mat. vij. Attēdite a falsis pphetis/q̄ ve. ad vo. in uestimentis. aūt sunt lupi rapaces. dic. Arist. De naturis aialium: q̄ lupi aphricani sibillos pastoꝝ fingūt: z oues eos ee pastores putantes ad eos ꝓueniūt: z ipsi postq̄ tenuerāt eas diripiūt. Jo. x. Lupus rapit z dispergit oues. Tales sī hypocrite: fingūt se esse bonos palliātes mala sua: vt decipiāt oues chri. Quarta spēs hypocrisis/ē etiā boni simlatio hoc. s. mō cū aliq̄s simlat se velle occultare bona sua: cū tñ appetat ea manifestare hoibꝫ: ne appareāt esse hypocrite/vl vt meliozes reputēt. Cōtra tales ꝺr. Mat. vj. Amāt orare in angulis platea rū. Jn plateis q̄dē amāt orare vt videāt: sz in angulis/vt credāt nolle videri. Jsto rū q̄ttuoz hypocritaꝝ pnia est infructuosa eo q̄ nō sit ꝓa sed simulata. ¶ Quarta est pnia coacta: z hec est malefactoꝝ. Qñ enī ducūt ad furcas/dolēt z penitet de pcō: nō hoc q̄ sūt ad suspēdia ꝺdenati: sed quia coacte faciūt/nihil ꝓdest. Tales em̄ sūt similes latroni sinistro. Lu. xxiij. Et symoni cyreneo q̄ nō volūtarie: sz coacte portauit crucē dño. Nō tñ nego/q̄n tales possint verā pniam agere: sic latro dexter i cruce. Jō talibꝫ nō negak pnia: nec ꝓfessio pcōrū: nec est ꝑta ꝓsuetudo: vt in cle. i. ō pe. z re. Nec eucharistia denegak. de pe. z re. ca. q̄ in te, nec sepultura ecclīastica. xiij. q. vlt. c. vl. Dicit tñ Hosti. in. c. ex pte. ij. ꝺ. Sepulturas. q̄ furca suspēsus nō depone tur sine licētia iudicis: quā tñ petitā facile ꝓcedere ꝺz. ff. de cada. puni. l. j. ij. z. iij. Et postea si fuerit penites sepelief: vt in. d. c. vl. Et ꝓcordat glo. ibi Jo. an. cōia ō leg. j Sed valde difficile est: tales malefactores verā pniaz agere. Ecci. v. Sup furē est cōclusio z pnia. Et tō ꝺr Petrus. Nemo vim patiak sic homicida aut fur: aut maledicus aut alie, appeti. i. Pe. iij. Talis fuit pnia Antiochi regis: q̄ cū ꝑcussus esset a ꝺo ꝓpter suā superbiā: appēdit eius dolor viscerū z amara interiora rozmēta: et cepit ex ḡui superbia deduci: z ad agnitōez sui venire. Et cū iā feroz suū ferre nō posset: ait. Justus est subditū esse deo: z mortalē nō paria deo sentire. Sz stati subdit scriptura di. Orabat aūt hic sceleste ꝺnm: a q̄ nō erat miam ꝓsecuturus. ij. Macha. ix. ¶ Quinta est falsa: z hec est impfectoꝝ: illi ue obstinatoꝝ: puta qñ agit pniaz de vno pcō mortali: z nō ꝺ alio. Talis em̄ est pnitētia falsa. ſm Greg. Et hz in decreto, ꝺ pe. di. v. Falsas. Vbi sic ꝺr. Falsas pnias dicim⁹: q̄ nō sm auctoritatē scrip̄ patruꝫ p q̄litate crimīs iponūt. Jō q̄ miles vl negociator vel alicui dedit⁹: q̄ō sine pcō exerceri nō possit; si culpis ḡuiozibꝫ irretit

tus ad pniaz venerit: vel q̄ bona alterī⁹ iniuste detinet/vel q̄ odiū in corde gerit re/cognoscat se verā pniam nō posse pagere p quā ad eternā vitaz puenire valeat: nisi negociū relinq̄t/vl' officiū deserat: z odiuz ex corde dimittat. Bona q̄dē q̄ iniuste abstulit restituat/arma deponat/vlteriusq̄ non deferat: nisi ꝑ filio religiosoꝝ eōꝝ p defendēda iustitia: nec tū si noluerit desperet: z interim q̄cq̄d boni fecerit/vl' poterit facere: hortamur vt faciat: vt oipotēs de⁹ cor illu⁹ illustret ad pniaz. Et nō sm glo. q̄ vbi ait exercere non pōt: difficultas notat nō impossibilitas. Et vniuersalit̄ falsa pnia est: de vno penitere/z non de alio. Unī scriptū est. Qui totā legē seruauerit: offendat aūt in vno: factꝰ est oim re⁹. s. q̄n/tū ad vitā eternā. Et Chrysos. sup Matt. ō negotiatores sic ait. Eūticēs de⁹. lxxxviij. di. Eūtiens vendētes z emēdentes de tēplo significauit: q̄ mercatoꝝ nūq̄ pōt deo placere. Et ō null⁹ pōt esse chr̄ian⁹ mercator: aut si voluerit esse/pūciat de eccl̄ia dicēte ꝓpheta: q̄ nō cognoui negotiatōes introibo in potēcias dn̄i. Et infra subdit. Ostendā q̄s nō est negotiator: vt q̄ talis nō fuerit eū intelligas esse negotiatorē q̄/cūq̄ rē cōparat: nō vt tra integrā z imutatā vēdat: sz vt materia sit sibi alicūd opandi: ille nō est negotiator. Qui vero rē cōparat: vt integrā z imutatā vēdēdo lucret ille est mercator: q̄ de tēplo dei ejcit: de hac dis. d. pe. di. v. Qualitas lucri. ¶ Septa est pnia indiscreta: z hec ē supstitiosoꝝ: q̄ in tm se macerāt/vigilando/ieiumādo vel hmōi faciēdo: q̄ debilitant cor ꝑ: et q̄q̄ deficiūt sensu. Cōtra q̄s ō: Ro. xij. Obsecro vos frēs ꝑ miam dei: vt exhibeat cor ꝑa vīa hostiā viuentē scrām: deo placētē: rōnabile obsequiū vr̄m. Ad hoc aūt vt discrete pnia fiat: oz penitēs ꝯsilio seniorꝝ adherere: nō ꝓꝑio iudicio. Hoc ei mō accrīt discretio/q̄ est mat⁹ z origo oim virtutū: vt hz in collatiōib⁹ patrū in scōa collatiōe abbat̄. Moysi: z in. j. de offi. custo. in c. ꝑsentiū. j. q. v. Unī in hui⁹ figura in veteri testamto. i. q̄libet sacrificio debebat apponi sal. Unī Leui. ij. In oi sacrificio tuo oblatōe offerēs sal. ¶ Septia ē pnia mometanea. i. instabilis z incōstās: z hec ē recidiuoꝝ. i. illoꝝ q̄ post pniam redeunt ad petā. Unī Isodoꝝ ō sum. bono. Et hī de pe. di. ij. Irriso⁹ est nō penitēs/q̄ adhuc agit q̄d poeniteat/nec videt deū posse sibi dit⁹: sz subsannare supbꝰ z c̄. Ibi vide. Et etiā in capl'is sequētib⁹. Tales punient ꝑ petis remissis: q̄ ꝑ ingratitudinē redeunt Mat. xviij. Irat⁹ dn̄s ei⁹ tradidit eū tor/toribꝰ. Nō quō intelligat/vide qō scripsi i dn̄ica. xxij. post festū trinitat̄. sm̄ōe q̄ incipit. Oportuit z te misereri ꝯserui tui.

¶ De fructuositate et vera et maxīa vtilitate pnie. Ser. iij.

Penitētiā agite: appropinq̄bit regnū celoꝝ. Mat. iij. Cū duplex sit pnia: scz infructuosa z fructuosa: de infructuosa vidim⁹. Nūc dicendū restat de fructuosa. Saluet̄ ꝯgo Maria. ¶ Prio fundamēto sm̄ōis oriet̄ theologicalis q̄stio.

¶ Queri⁹ vtrū ꝑ pniaz possit remitti tota pena pctō debita. ¶ Arguit̄ q̄ nō. habet Sap. ij. q̄ que peccat quis/ꝑ hec z torquet: q̄ cū ñ tm peccet corde: sz ore z corpe nūq̄ tñ hō pōt penitere in corde. q̄n sit debitor pene in corpe. igit̄. ¶ In oppositū latro ꝑ pniam meruit tota remissionē pene pctō suo debite/alit̄ nō dixisset ei chr̄s: hodie mecuz eris in paradiso. ergo ꝑ pniam pōt remitti tota pena/pctō debita: Et sic questio manet. ꝑ vtraq̄ ꝑte dubia. ¶ Ad q̄stionem respondendū est sm̄ Richardū sup. iiij. sen. di. xiij. ar. vij. q. ij. q̄ nō est dubiū/quin ꝑ penitentiā rōne sui actus interioris/vel exterioris simul/possit remitti tota pena pctō debita/tāta etiā potest esse intentio actus interioris: q̄ ꝑ eius pfectionē z dolorē sensibilē causatū ex pfectione actus merek penitēs remissionē totiꝰ pene pctō debite/vel ꝑ equivalentiaz soluit totā penam pctō debitā/ita q̄ si post completū illius contritionis morū decederet/nullā penā i purgatorio sustineret/ḥ autē nō ꝓuenit cuilibet cōtritiō: q̄ nō sp cū remittit offensa/remittit satisfactoria emenda. Et ad argumētū dr̄: q̄ ꝑ mēbra nō peccet/nisi instrumtal'r: ita q̄ q̄cq̄d faciūt homines totū ipurādū ē volūtati. illō ꝓbū sapi

entie intelligit ſm ꝓgruitatē/nō necitatē ad quā pniaz nos exhortant ꝥba paſſum/ pra z ſic de aliis. ¶ Qualis aūt eſſe debeat pnia fructuoſa:q eſt electoꝝ z ſaluādo/rū:oñdit nobis Joel in epla/q fuit lecta in ꝓma die.kl.ſic di. Conuertimini ad me zc.vſqz.z nō veſtimēta vīa.Joel.ij. Vbi notant nouem ꝓditiones vere penitētie. Debet eīm eſſe ꝓmo.

Feſtina/ibi conuertimini.
Recta/ibi ad me.
Integra/ibi toto.
Voluntaria/ibi corde.
Propria/ibi veſtro.
Auſtera/ibi ieiunio.
Lachrymoſa/ibi fletu.
Deuota/ibi planctu.
Pia/ibi ſcindite corda veſtra.

¶ Prima ꝓditio vere pnie eſt:q oz eſſe feſtina. Vñ ōr. Cōuertimini.in pñti nō in futuro. Debet ḡ pcōr ſtatim cōuerti: nō expectare annū nō meſem: nō hebdomadā/nō horā/vel diez:q: q ꝓmittit tibi veniā de pctis penitēti: die craſtinū nō ſpondit diſſimulanti. Ignoramꝰ eīm q̄d ſit dies craſtina paritura. O q̄t anie ſūt in iferno:q expectātes tēpus faciēti pniam: fruſtrate ſunt ab expectatiōe ſua morte p̄uenīēte. Prouenit aūt iſta,pcraſtinatio ex hoc:q pcōr ꝓmittit ſibi longā vitā. Eccl. xxix. Repromiſſio nequiſſima mētes pdit. Nota nequiſſima in ſuplatiuo gradu. Eſt eīm iſta repromiſſio mala peior peſſima. Mala q̄dē z fatua eſt:q: vſurpat ſibi pcōr in hoc/qō ſoluz eſt ipſius dei:ſcz de futuro tpe diſpernere:h ſurgente diabolo:ſic ſuggeſſit Eue dicēs. Nequaq̄ moriemini. Geñ.iij. Sed o inſenſati neſciz qō ſcribit. Act.j. non eſt veſtrū noſce tpa vel momenta:que pater poſuit in ſua ptāte.

¶ Peior eſt:q: credidit q deꝰ multū tēporis daturꝰ ſit:qō tñ fatue z male expendit/cū z ſi dñs longū tpm ſibi ꝓmiſiſſet:nihilominꝰ illud poſſet breuiare/ſi penitere nō veller:q: illa ꝓmiſſio itelligeret ſub cōditione: ſi pniam agat/q ptz Geñ.vj. Nō pmanebit ſpūs meꝰ i hoīe in eternū:erūtq̄ dies eiꝰ.cxx.annoꝝ. Nota ſpūs meꝰ.i. indignatio mea:erūtq̄ dies eiꝰ.cxx. annorū ad penitendū. Hoc eīm dixit deus ſm ſpaciū:eo anno q̄ cepit archa fieri. Sz q: hoīes in malicia pſeuerauerūt ante p̄fixū terminū,i.c.ānos deleti ſūt. Si ḡ deꝰ tpm ꝓmiſſuz nolētiꝰ penitere abſtulit:q̄d faciet de illis:q̄ꝰ nullū tpm ꝓmiſit. Ad idē facit in illi:q̄ñ ꝓmiſit deꝰ Dauid de Salomone dicēs ij. Reg.vij. Et ſtabiliā tronū regni eiꝰ vſq̄ in ſempiternū. Et tñ poſtea illō regnū abſtulit,p maiorē pte Roboaz: ſicut patz.iij. Reg.xij. Vide in ſmonibus de oratione dominica. Sermone.ij.parte.iij. ¶ Peſſima ꝓ eſt repromiſſio iſta: q: pcōr nō tantū tpm datū ꝓdit:imo i cōtumeliā ipius largitoriz expendit: ſed etiā futurū tpm in cōtumeliā eiuſdē expendere diſponit. Quia ḡ fatue ꝓſumit:q deꝰ qui iſta nouit:debeat ſibi dare longā vitā: teneamꝰ ꝓſiliū dñi dicētis. Nō tardes conuerti ad dñm zc. Figura etiā habet de corno emiſſo ab arca:q nūq̄ reuerſus eſt ad cantās cra cra:ꝓſumēs d craſtina expectatiōe nūq̄ puenit ad craſtinū:iuxta illud. Geñ.viij. Et Aug. Ipa res ē q mētes occidit:cū dicūt cras cras:z ſubito hoſtium claudit z remanēt foris. cū voce corumꝰ: q: nō habuerūt gemitū colūbinū: hoſtiuz claudit z cras cras vox corumꝰ ē. hec ille in ſmone. Jtē admoneꝰ nos deꝰ nr. Sopho.ij. Vlor cātanꝝ i feneſtra corꝰ in ſuliminari. Sic pcōr egredit de arca.i.ō eccleſia p pctm mortale. Si ḡ ſīc efficitur corꝰ in craſtinando pniam:ſīc fieret in nūq̄ redeūdo ad arcā. Jō ōr. Eccl.v. Nō tardes conuerti ad dñm: z ne differas ō die in diē:ne ſubito veniat ira illiꝰ:z in tpe vindicte diſperdat te. Jtē ibidez. De ppitiato pcōꝝ noli eſſe ſine timeru:neq̄ adiectas peccatū ſup pcm:z ne dicas. miſeratio dei magna ē:multitudis pcōꝝ meoꝝ miſerebit. Dia eīm z ira ab illo cito ꝓmat:z i peccatores reſpiē ira illiꝰ,ñ tardes conuerti zc. Tēpus aūt vindicte z iuſtitie eſt tpm mortis:q: tpm vite pñtis:ē tpm mie.ps. Cū accepero tēpus:ego iuſtitias iudicabo. Ad Heb.ix. Statutū ē oibꝰ hoībꝰ ſemel mori Oratiꝰ in odis. Oēs vna māer nor:z calcanda ſemel via leti eſt. Jō ſcā maſ eccla admōet di. Emēdemꝰ in melꝰ. Jtē Dietro,ad paulinū. Feſtina q̄ſo te:z beneſti ſalo naucule ſune magꝝ ꝓcide q̄ ſolue. Et Luca.li.vj. Tolle mozaſ ſp: uocauit differre gatis. ¶ Sexta cōditio pnie eſt:q oz

esse recta qō notak/cuz dicik ad me. Ubi nota.q certitudo pnie pficik ex duob⁹ Primo ex cōuersione. Un dicit cōuertimini. Est em peccator⁹ sik̄s infirmo:cui⁹ cura ē p ꝑtrariū. Item sik̄s baculo curuo:qui vi oꝑtet in ꝑtra iuz vertī:ad hoc vt dirigak. Nam vt ait Amb. Peccatū est spreto inmutabili bono/bonis cōmutabilib⁹ adherere. Bonū aūt incōmutabile est deus Malach.iij. Ego deus/z nō mutor. Bonum vero cōmutabile est mūdus:z oīa ei⁹ bona cōmutabilia sunt/sicut honores/pompe/dignitates/officia/potentie/voluptates/diuitie/gloria mūdi. Ro.vj.c. Vanitati em creatura subiecta est. Experientia etiā docet oīa bona mundi mutabilia esse. Nā hodie est hō i dignitate/cras nō. Et sic de alijs bonis mundi. Boe. Quid me felicem totiens iactāstis amici. Qui cecidit stabili nō erat ille gradu. Item.j. Jo.ij. Mund⁹ transit z ꝯcupiscentia ei⁹. Petōres aūt vertunt tergū deo: z faciem creature. Jdeo ꝑtra eos cōquerit deus dices. Verterūt terga z nō faciē. Ponam⁹ in practica. Auarus spreto incōmutabili bono:sz deo/z ei⁹ mandatz: adheret mūdo:sequendo diuitias z lucra krena. Si ḡ vult rectificari vertak in ꝑriū:vt sz spernat mundū z adhereat deo. Sic fecit beatus euāgelista Matthe⁹ qū relictz oib⁹ secutus est chīm. Mat.ix. Jrē bonū cōmutabile est caro/z eius voluptates. Esa.xl. Omis caro fenuz/z oīs gloria eius q̄si flos feni. Nā mane.i.in iuuentute sic̄ herba transit/z floret. vespere.i. in senectute decidit:indurat:z aresc̄it vtiq̄ in infirmitate. Luxuriosus aūt spernēdo deū sequitur carnē. Un si vult rectificari/vertak in cōtrariū:sz spreta carne sequak deū. Rom. viij. Si em sm carnē vixeritz morieminī. Si aūt spiritu facta carnis mortificaueritis vixeritz. Jrē Galk.v. Spiritu ambulate/z desideria carnis nō pficietis. Sicut fecit maria magda. postq̄ cōuersa fuit ad chīm. Lu.vij. Et Maria egyptiaca in vitis patrū. Jrē glia mūdi:honores:dignitates: sūt bona cōmutabilia. Supb⁹ aūt vt ꝓsequtur ista bona/spernit deū z ei⁹ ꝑceptā. Et hō si vult spūalr rectificari: gliam mūdi z cetera ꝑdicta spernat: vt hēat gloriā celi:q̄ solis hūilib⁹ dak:iuxta illō Job. xxij. Qui hūliat⁹ fuerit:erit in glia. Sic fecit Dauid di. Elegi abiect⁹ esse zc. Secūdo rectitudo pnie pficik ex fine. Sic em hō nō recte sagittat/qū nō respicit signū: ita hō nō recte penitet/nisi respiciat deū: vt sz ꝓpter deū/z nō ꝓpter aliū finē labore pnie ponter:nō ōt. ad me. Debet em peccator penitēs dolere ꝓpter deū offensuz: z ꝓpk deū habendū: qz ipse dz esse finis oīm opez nroz. Multi em labozes z dolozes patiunk:sed qz nō sunt ꝓpter deū: nō sūt in fructuosi z inutiles Sap.iij. Infelix z vacua est spes illoz: z labozes sine fructu et inutilia opa eoz. Forma ḡ pficiēs cōsistit in fine:quādo intendik deus a penitenti.

ꝛ ego penitentiã ſꝓ malo/q̃ loquut⁹ ſuꝫ vt facerẽ ei. Exemplũ etiã ptz in Niniui/ tis: vt dixi ſuꝑ ꝓmone ꝓximo ꝓte. iij. Jō dicit Nico. de lyra ſup. iij. Reg. j. Oō p/ miſſiones diuie intelligẽde ſunt: ſub ꝯdi tione. ſ. ſi er ꝓte hoim non ponat impedi/ mentũ. Plus etiã dico: q̃ poſito ꝙ populo q̃ alicꝫ intraret paciſſum ſine debita ꝓpa ratione/tamen inde expellerek: vt ꝓbatur. Mat. xxij. Amice quō huc intraſti nō ha bẽs veſtẽ nuptialẽ: At ille obmutuit tunc dr rex miniſtris. Ligatꝫ manib⁹ ꝛ pedib⁹ ei⁹: mitti. eum in tenebꝛas exteriores/ibi erit fletꝰ ꝛ ſtridor dentiũ. Si ꝙ impꝓpara/ tus intrans expellerek: mkro min⁹ nō para tus intrabit: q̃ turpi⁹ ejicit q̃ nō admit/ tit hoſpes. de iureiurã. quẽadmoduꝫ. Ad materiã nota exemplũ/q̃ audiui a q̃dam Fratre minore: de brō Franci. cui reuelatũ fuit a Chꝛo/q̃ nō cōuerſarek ampli⁹ cuꝫ quodã layco amico ſuo: q̃ dãnand⁹ erat. Cunq̃ brũs Fran. ſecũ nō ꝙerſarek: ꝛ ille de hoc triſtarek: ꝛ q̃reret cãm brũs Frã/ ciſc⁹ ſibi reuelauit/qō audiẽs ille ꝓcidit ad pedes eius vicẽs. Et ſi vex ſit/q̃ dicis mihi omin⁹ ꝯfidens in diuina miſcdia/et in tuis meritꝫ credo/q̃ ſalutẽ meã poteris ab ipo pio dño impetrare: qō et fecit. Et ẽ ergo ptz qō oꝛo neceſſaria eſt/non ſolũ ad impetrandã ſalutẽ ꝓdeſtinatã: ſed etiã ad ſniam dei cōminatoꝛiã reuocãdã. Ter/ cio ꝓbatur hoc ꝓ narratiões exemplares. Per mkta eiñ exẽpla ptz in veteri ꝛ nouo teſtamẽto: qō oꝛo neceſſaria eſt etiam ad obtinendũ illud/qō diuia ꝓuidentia ꝓde ſtinauit. Primo hꝫ in Abꝛaam cui deꝰ ꝓ/ miſit dare filiũ ſicut ptz Geñ. xvij. Et tñ ſe pius Abꝛaaꝫ oꝛabat deũ ꝓ filio hñdo: ſic ptz Geñ. xv. Dñe deꝰ q̃d dabis mihi ego vadã abſq̃ liberis: ꝛ filiꝰ ꝓcuratoꝛis do/ mus mee iſte damaſc⁹ Eliezer. addidit q̃ abꝛaaꝫ. Mihi aũt nō dediſti ſemẽ: ꝛ ecce vernacul⁹ me⁹/heres meus erit, ſtatim q̃ ſermo dñi fact⁹ eſt ad eũ dicẽs. Non erit hic heres tuus: ſed qui egrediet de vtero tuo ipm habebis heredẽ. Sic ꝛ Iſaac: cũ ſci/ ret ꝓmiſſionẽ a deo factã patri ſuo/de di/ latatiõe ſeminis: cũ dixit angel⁹ ad Abꝛa/ am. Bñdicã tibi ꝛ mkꝛiplicabo ſemẽ tuũ: ſic ſtellas celi ꝛ velut arenã: q̃ eſt in littoꝛe maris, Geñ. xxij. Tamen oꝛabat deũ ꝓ filio hñdo. Geñ. xxv. Deprecat⁹ eſt Iſaac deuꝫ ꝓ vxoꝛe ſua/eo ꝙ eſſet ſterilis: ex q̃b⁹ exẽplis patꝫ q̃ nō obſtante qō aliquis ſit ꝓdeſtinat⁹ ad ſalutẽ: neceſſaria tñ eſt oꝛo/ fatu⁹ eſt ꝙ qui oꝛ/q̃ nō oportet oꝛare: q̃a ſi ſum ꝓdeſtinat⁹/oino oportet me ſaluari: ſi preſcit⁹ dãnandus ſuꝫ. Ad idẽ facit exẽ/ emplũ de Achab: cui dixit dñs ꝓ Heliã ꝓ phetã: q̃ interficeret eum: ꝛ de eo vſq̃ ad mingentẽ ad parietẽ: ꝛ tamẽ poſtea q̃ hu miliauit ſe ꝛ oꝛauit: reuocauit deus ſenẽ tiã ſuã: ſicut ptz. iij. Reg. xxj. ex quo ptz q̃ illa dei ſnia cōminatoꝛia intelligebat ſub ꝯditione: ſi pniaꝫ nō ageret: ſicut illa cōmi/ natio facta Ezechie regi ꝓ Eſaiã ꝓphꝫ: ꝛ Niniue ꝓ Jonã. Ad idem ecōuerſo ptz de Salomone/de q̃ ꝓdixerat deus patri ei⁹ Dauid: ſtabiliã locũ eius/vſq̃ in ſem/ piternũ. ij. Reg. vij. Et tñ poſtea abſtulit a domo eius regnũ ꝓ maioꝛi ꝓte: ꝓte Ro boam filij ei⁹: q̃ ꝓdidit dñium decem tri buũ remanẽte ſibi tribu iuda ꝛ beniamin ſicut ptz. ij. Re. xij. Et poſtea ꝓte Sede/ chie regis totaliꝫ deſtructũ eſt regnũ illũ ꝛ dom⁹ iuda ꝓdidit ſceptrũ regni/vſq̃ ad hodiernũ diem. Jn nouo etiaꝫ teſtamẽto habek exemplũ in decẽ ꝛginib⁹: quaꝝ q̃n/ q̃ ſapientes: q̃ erãt ꝓdeſtinate paraueꝛũt ſe ad nuptias: q̃ in ꝓdeſtinatis requirit ꝓpa ratio: q̃ vero nō ſe paraueꝛũt excluſe ſunt: vt ptz Mat. xxv. Sic etiã nō obſtante qō deus ab eterno aliquos ꝓdeſtinaueꝛit: iu xta illud. Ephe. j. Elegit nos in ipſo ante mũdi ꝯſtitutionẽ: vt eſſem⁹ ſancti ꝛ imma culati in cõſpectu eius in charitate: nihil/ omin⁹ fuit neceſſaria chꝛi incarnatio: ad hunc effectũ implendũ: ꝛ etiã eius oꝛatio xta illud. Poſtula a me ꝛ dabo tibi gẽtes hereditate tuã: ꝛ poſſeſſionem tuam terminos terre. Pſ. ij. Sic ꝛ dñs noſter Jeſus chꝛs ſepi⁹ oꝛaſſe legit: cuius oꝛatione nō indigeret: eo q̃ ma nu ſua oia a patre ſuo tradita eſſent. Quã to ꝙ magis nos: q̃ ꝓ maxie oꝛationꝫ ſuffra/ gijs indigem⁹? Jō dicit ipe. Mat. xxvj. Vigilate ꝛ oꝛate: vt nō intretis in tẽtati/ onẽ: ſpūs q̃dẽ ꝓmptus eſt caro aũt infir/ ma. Itẽ Jo. xiij. Exemplũ ei dedi vobis vt quẽadmodũ ego feci/ita ꝛ vos faciatis. Habem⁹ etiã exẽplũ in aialib⁹ bruꝫ. Nã elephas duꝫ ſe infirmari ꝯſiderat: ad ſibi medẽdũ q̃dã ſalutiferas herbas legit: q̃

ãntecꝫ comedat: caput in celũ eũ herbis le
uat: ꝙsi a deo eas sibi salutiferas eẽ petẽ
Vñ z rpe Joelis ꝓphe magna siccitas cõ
tigit: ita ꝙ defecit aq̃ bestijs z hoib⁹ ad bi
bendũ. Et tũc bestie eleuãtes capita in ce
lũ clamabãt: ꝙsi petentes auxiliũ a sũmo
bonoꝝ largitore. Vñ ór Joel. j. Ad te do
mine clamabo: qr ignis comedit speciosa
deserti: z flãma succẽdit oia ligna regiõis:
sed z bestie agri ꝙsi area sitiẽs imbrẽ: suspe
xerũt ad te: qm̃ exiccati sũt fontes aquaꝝ:
z ignis deuorauit speciosa deserti. Nõne
aues cões docẽt pullos suos/ad cibũ petẽ
dũ os aperire: nec ynq̃ exhibẽt illis cibũ:
nisi aperiãt pri⁹ rostrũ: z sic dñs ór in. ps̃.
Aperi os tuũ/z implebo illõ. Aperi. s. ad
petendũ z ipleba illõ. s. ad auxiliũ tibi dã
dũ. Et alibi ór. Os meũ aperui: z attraxi
spm̃. Et in legẽda brĩ Tho. cantuarien⁹.
legit: ꝙ dum qdã auicula ab accipitre fu
isset iuasa voce clara scti Thome auxiliũ
iplorabat di. Sãcte Thoma adiuua me:
statim nisus cadens interijt. Narrat etiã
Anselm⁹. qõ dũ semel p vlã eques icede
ret/qdam lepuscul⁹ a canib⁹ insequut⁹ ad
eũ ꝙfugit: z ei⁹ auxilio se cõmisit. Qõ ille
vides plorauit/z ad socios suos ait. Sic
demões alias insequũt. Tũc canib⁹ vt au
fugerẽt iperauit: z sic lepuscul⁹ libere ab
ire ꝓmisit. Ergo si nouerunt tpe angustie
bestie rõne carẽtes/ad deuz z ad ei⁹ sctos
ꝙfugere. deteriores bestijs sũt hoies: q̃ ad
oꝛonis suffragiũ nõ recurrũt: pserim̃ i in
digẽtijs z alijs eoꝝ necessitatib⁹. Patet g̃
p exẽpla: ꝙ necaria sit oꝛo ad salute. Ofto
idẽ ptz p siliitudines euidẽtiales. Vulte
em̃ siliitudines dari pñt: p quas manifeste
ondik: ꝙ effect⁹ ꝓordinati a deo fiũt p cau
sas medias. q̃s oꝑtet ꝓcurrere ad eos dẽ. p
ducendos effect⁹: sic ꝑbi gra: ꝓordinauit
de⁹ numerũ dieꝝ vite nr̃e alicui plus ali
cui min⁹. Job. xiij. Breues dies hois sũt
numer⁹ mensiũ ei⁹ apud te est: cõstituisti
terminos ei⁹ q̃ pre. nõ po. Jstud aũt tem
pus vite non aliter subsistit: nisi p causas
medias: puta esum/z potũ/somnũ/z cete
ra hmõi: necaria ad ꝓseruationẽ vite hu
mane. Sile est dicere: non esse oꝛandũ vt
al: qd ꝓeq̃mur a deo: qr oꝛdo siue puiden
tie est imutabilis: ac si diceret nõ esse co
medẽdũ: vt nutriamur: ex q̃ termin⁹ vite
nr̃e est determinat⁹ a deo/qõ ptz esse ab
surdissimũ. Sic z si habes vineã. Jã ꝓor
dinatũ est a deo/si dz z q̃tũ dz facere fru
ctũ: z tñ ista dei oꝛdinatio nõ excludit cõ
curꝛuz causaꝝ scdaꝝ ad fructꝰ pducẽdos q̃
sunt putatio/ligonizatio/purgatio vitiũ:
z hũiditas terre z sol zc. Sic in infirmo q̃
uis de⁹ ꝓordinauit/an dẽat sanari vl non:
tñ opz. puidere de medico/z de medicinis
zc. vñ Aug. xxiij. q. iij. Nabuchodonosoꝛ.
in fi. sic inqt: q̃uis certissime sciam⁹ nemi
nẽ vltra terminũ a deo ꝓfixũ esse victuꝝ:
oib⁹ tñ lãguẽtib⁹ nõ incõgrue medemur.
Sic q̃uis nemo saluet/nisi ꝓdestinat⁹ ad
vitã: oñi tñ delinq̃nti est adhibẽda coꝛre
ptio: nec maloꝝ est negligẽda disciplina.
hec ille. Sic de rege q̃ vult bellare: q̃uis
exit⁹ belli sit ꝓordinat⁹ a deo: tñ nõ desistit
ipe se cũ armigeꝛ z ceteꝛ necessarijs ꝓpa
rare. Sic ó sciẽtijs addiscẽdis: sic in arbo
rib⁹ fructificãdis zc. Denicꝝ in oib⁹ effe
ctib⁹ a natura, pductis/nõ excludit ꝓcurꝛ
causaꝝ scdaꝝ ab incõmutabili oꝛdine di
uine, puidẽtie. Sic ẽ in reb⁹ nãlib⁹ z arti
ficiib⁹ h ꝓtingit: sic in moralib⁹ et spũalib⁹
diuia puidẽtia nõ excludit effectũ oꝛonũ
z ceteroꝝ bonoꝝ opeꝝ: imo icludit ad cõ
secutionẽ vite brẽ. Jõ ór scꝑtura Saragẽ
te: vt p bona opa certã nr̃am vocationẽ z
electionẽ faciatis. ij. Pe. j.

De necessitate oꝛationis in speciali. Sermo. iij.

Supꝛa sermõe

Sprimo dictũ est/de oꝛatiõis ne
cessitate in generali: nũc seq̃tur
de oꝛonis necitate in spẽali. Saluet⁹ vir/
go zc. Pro hui⁹ materie cõplemẽto notã
dũ: ꝙ ꝓclusio vera est/in sacra theologia:
vt tangit Tho. in. iij. sen. di. xv. q. duplex
est oꝛatio. s. ꝓuata seu singlaris: z publica
seu cõis. Pꝛiuata ẽ quã q̃s p se facit. Pu
blica ꝓ o est: q̃ facienda est ab oib⁹ mini
stris eccle, Utraq̃ aũt cadit sub ꝓcepto:
aliter tamẽ z aliter: qr inter vtrãq̃ oꝛatio
nem est quadruplex differẽtia.

Prima est quãtum ad ꝓsonaruꝫ determinationem.

Scda est quantũ ad tpis limitationẽ.

Tertia est q̃ntũ ad modi q̃lificationẽ.

Quarta est q̄tū ad subie declarationē. ¶ Prima ergo differētia est/q̄tum ad p̄sonaꝝ determinationē: qz ad oz̄onē p̄uatā nulla p̄sona est determinata: sed oibus incūbit in generali. Ad publicā aūt determinate tenēt ministri ecclie: qz ex officio sūt medij inter deū z hoiem ꝑstituti. Ūñ ad istā oz̄onez publicā/siue cōem tenenk. Primo oēs clerici in sacris ordinib⁹ eōstituti ō cele.missa.c.j. Scōo tenenk oēs clerici in minoribꝰ ꝑstituti: dum tñ sint būficiati ſm doctores ibi.qō vez est ſm Frā. de zar.in cle.graui.ō cele.missa. etiā si būficiū sit de p̄imonio suo: z hoc si patrimoniū factum est beneficium: z sic intelligit q̄ notat.lxxxv.di.c.fi. Et iputet sibi si būficiū sit tenue: qz nihilominus tenebit ad horas/ex q̄ fecit se ad ꝺ̄ intitulari: vt not. xcj.di.clericꝰ vicīū. de cle.nō resi.ꝑrēte. Būficiatꝰ aūt dicit/dcūq; habet būficiū ꝓpter officiū spūale: qō respicit ip̄m diuinū officiū: qz sicꝫ ab ecclia habet redditꝰ ꝓ officio mīriculari vel hmōi: q̄ nec est clericus: nec in choro recipit nō tenet. De illo aūt q̄ ꝓpter magisteriū/habz redditus ab ecclia siue magr̄ in theologia: q̄ hz fructus vnꝰ ꝓbende: aut mgr̄ in grāmatica q̄ haber expensas/si ꝓpter hoc nō venit ad chorꝫ/nō videk teneri ad officiū. Si aūt ꝓpter ꝺ̄ venit ad chorꝫ/videk teneri saltem ad illā horā/in q̄ distributionē accipit simplicit: q̄ eiusmōi sūt: qz nō hūt simplex beneficiū/z ad vitā: sed ad tēpus: z nō videtur simplr obligati: sicut nec clericꝰ canonici q̄ associat euz in choro/z comedit in mēsa etꝰ/nullos spēales reddit⁹ hūs/non videk teneri ex ꝺ̄ solū/q̄ bonis illi⁹ ecclie sustentak: nec illi q̄ habent ꝓbendas victꝰ corpalis in monasteriꝭ: siue ꝓcio/siue dono: hoc not. Pe.de pak.in.xiij.dis.xv.q.v. Si aūt būficiatꝰ nlk̄os fructꝰ recipit ō būficio tūc distinguit: qz aut nō est in pacifica possessione būficij: nec ꝓ eū stat: z tunc nō tenek: aut est in possessiōe vel ꝓ eū stat z tūc tenek: ita notat Pe.ō pak.vbi.s. Si aūt hz duplex būficiū: tūc q̄dē iuste ex dispensatiōe eius: q̄ pōt dispēsare z ex causa legitima z rōnabili: z tūc tenek tm̄ ad vnū būficiū: qz causa illa recōpensat. vide infra ꝓte.iij.circa finē ver.sed q̄ro. Si aūt iniuste tenet vtrūq; vel alterū tm̄: tūc tenek ad duplicatū officiū ꝓ se: vel ꝓ alio: qz defraudat deuz officio sibi debito. Si ꝺ nullū būficiuz hz: sed hz q̄tidianas distributiones: sic sunt plures canonici: reputatur būficiatꝰ: imo etiā si nullā distributionē ꝓciperet/ex quo tñ receꝓt est in canonicū z in fratrē: verū būficiū habet: vt notak extra ō ꝑsti.c. Cū in feratienk. vñ obligatꝰ est: qz vocē hz in capło z stallū in choro z ꝺ̄ tenet idē Pe.de pak.vbi.s. Tertio tenenk religiosi/pfessi: z religiose siue moniales: qz vt ministri ecclie de bonis eccle sustentantur etiā mendicātes. Et hac rōne ōt Pe.ō pak.vbi supꝰ: q̄ō etiā nouitij tenenk ad officiū: qz licz nō sint religiosi nec in sacris: obligank tñ qz vt ministri ecclie de bonis eiꝰ sustentank: sicut ōt decretalis de sen.excō. religioso.ꝯ.vlk.li.vj. q̄ q̄uis nō sint religiosi: anteq̄ sint religiones tacite vel expresse/pfessi: tñ q̄ manus iniecunt in eos violentas: incidūt in canonem etiā si nō sint clerici a corona clericali: sed a corona monachali vel nlk̄a vt conuersi. Itē cōuersi ad officium diuinū obligant ſm modū sibi taxatū: nō aūt ad horas canonicas q̄ sunt tm̄ clericoꝝ: ita not. Pet. de pak.vbi supra: q̄uis de nouitijs nō ita aliquibꝰ videak. Hā nouitij ꝓpter nō sunt religiosi: ntli in casibꝰ a iure exceptuat/sicut est casus ille.qñ in eos aliqs manꝰ iniecit violētas: qz tūc excōicatꝰ est/sic iniciens manꝰ violentas in pfessum z in alios casibus.si q̄ alij sūt in iure expssi: nō aūt ex primik casus iste: vicz q̄ teneāt nouitij rāq̄ vert religiosi: ḡ ster sub regla. s.q̄ nō sūt religiosi: ḡ nō tenenk vt religiosi dicere officiū: nec alia ratio ꝓponit zc. ¶ Est aūt notādū/q̄ excusank quidā de pdictis multiplicik. Primo rōne infirmitatꝭ. Ūñ dicit Joā an.in.c.j. de cele.mis. referens dictū Hostien. q̄ infirmi excusank a dicēdo z etiā ab audiendo: si talis est infirmitas in qua directe vel occasionaliꝭ timeretur obesse/si celebrationi diuinoꝝ interesset/talibus infirmis nō sit lex posita. de obse. iein. ꝓsilium. sęcus ſm Hosti. si esset vez quarrana vl̄ alia debilis infirmitas: q̄ nō obstāte sua negotia ꝓcurarer. ff. ō re.iudi. q̄stū ad fi. ¶ Sed nūq̄d post cōualescentiā tenenk dicere q̄ō vimiserūt: videk q̄d daz q̄ siue ex necessitate/siue ex voluptate

te vel accurata negligentiã omiserint: nõ peccãt nõ resumẽdo. concor. Inno. ibi. sed de pctõ omissionis est ei pnia indicẽda/ z satis est ꝙuentẽs/ ꝙ sacerdos imponat ei pniaz in eo/ in q̃ delict. s. in officio omisso redicẽdo: vel cõmutet in aliã pniaz/ si magis credit pficere ꝑ vlmũ decõmutatõne in aliã pniam. Hagz placet Tho. z Pe. de pal. vt infra notat. Idẽ dixit Hosti. vbi rãra esset omissa horarũ mltitudo/ ꝙ q̃si ipossibile esset eas redicere. Ad ff. de re. tur. l. Impossibilũ. de pac. c. fi. Si ꝓpter tãta fuisset infirmitas: vt ex toto impediat libertatẽ ad horas dicẽdas. Tũc sm Hostiẽ. nõ tenet redicere/ nec pniam agere. ad ff. de cle. nõ resi. ad audiẽtiã. Si tñ ad cautelã ff facere velit: cõmẽdand⁹ ẽ: sec⁹ ẽ vbi finxit: q̃ casu penitere tenet: vt dictũ est. Predicta notat Jo. an. in. d. c. j. ꝟcor. ꝑdictis Tho. in q̃libet. iij. ar. xxix. di. ꝙ siẽ in officijs diuis exoluẽdo obꝟuãtia est cõgruitas loci: ita etiã ꝟgruitas tꝑis q̃ q̃dez obꝟuari nõ posset/ si oporterz iniũgere omittẽti ꝙ horas diceret/ q̃s omisit forte ei in ꝟpletorio dicerz: tã luczorto sidere/ z i tpe paschali dicerz officiũ dñice passiõis: ꝙ eẽt absurdũ: z io nõ videt esse iniũgendũ ei q̃ omisit diuinũ officiũ: ꝙ horas easdẽ repetat: sed aliq̃d ad laudẽ diuinã ptinẽs. Puta qõ dicat septẽ psalmos vel vnũ psalterii/ vel aliq̃d amplꝰ sm q̃ntitatẽ delicti hoc Tho. ibi Con. Pe. de pal. in. iij. sen. di. xv. q. v. ar. ij. dices: ꝙ oratio dz esse intẽgra: vt nihil de ea furet sincopãdo: omittendo/ nimis festinãdo. Vñ tenet redicere: q̃ notabiliꝰ male dixit: licz posset ei penitẽtia cõmutari ne duplicatuz dicat officiũ. q: dei vicariꝰ põt mutare restitutionẽ deo faciendã in aliq̃d deo aptꝰ. Restitutio aũt hoi faciẽda nõ sic subiacet arbitrio ꝟfessoris. Qui aũt omisit horã vnã/ nõ dz dicere oẽs alias: nec etiã illa: q: indecens esset dicere cõpletoriũ in mane hec pe. ibi. ¶ Scdo excusant q̃dã rõe pauꝑtatez: puta si non hꝫet clericꝰ breuiariũ/ emẽdo vel cõmodato: debz tñ recõpensare aliꝭ psalmis vl' ozonib⁹. ¶ Tertio excusãt clericꝰ bñficiatus in minoꝛib⁹ ꝟstitutꝰ rõne studij/ vel alterꝰ cause pbabilis absens. Vt ꝑ idoneum substitutũ vl' vicariũ/ officiet ecclam z ita tenet Jo. an. post. Pe. de sa. ꝙ Ab. in. c. j. de cele. miss. Nec obstat decretalis illa ꝓma/ q̃ videt facere ↄ: q: loq̃tur de ꝑsbytero q̃ nõ solũ tenet ad horas rõne bñficij: sed etiã ordinis sacerdotalis: licet q̃ in eccl'ia deseruiat ꝑ vicariũ vel scholares: vt ibi dicit. Nihilomin⁹ tenet in absentia horas dicere rõe ꝑdicti ordinis: hz em̃ onus annexũ ꝑsone/ qõ sequit ipz q̃cũ ꝙ vadat. Sic ergo in minoꝛib⁹ bñficiat⁹ studẽs bene excusat si deseruiat/ z officiet ecclam ꝑ vicariuz. z intelligit Jo. an. de bene studentib⁹. ō cle. nõ resi. tue fraternitatiz. Ipse tñ Jo. an. Per ea que dicit in fine illius. c. Videt recedere ab opinione Pet. z Abb. Qō imo teneat zc. Et hanc opinionẽ firmat Abb. Sic dicens: ꝙ hec opinio est verioꝛ z turioꝛ. Et ꝑ ea licz ipse non alleget. Facit optime dictũ bti Tho. in q̃libet. vj. ar. viij. Vbi expꝛesse ꝛcludit Cũ bñficiatũ in minoꝛib⁹ cõstitutũ in scholis existentẽ: teneri ad officiũ mortuorũ in eccl'ia sua diei ꝛsuetũ. Forti⁹ q̃ i aliꝭ horis z diuinis officijs. Quid de clerico i sacris: vl' in minoꝛib⁹ bñficiato q̃ ignorat officiũ: Rñdeo q̃uis peccauerit: tã ipe q̃ ordinãs rotaliꝰ ignorãtẽ: nihilomin⁹ puto ipm excusari/ dũmõ det operaz sciendi cũ ea diligẽtia qua põt: debet tñ recõpensare iterim cũ aliꝭ psalmis z ozonib⁹. Secũdo differũt oratio publica z ꝑuata: q̃ntũ ad tꝑis limitationẽ: q: ozo singl'aris vl' ꝑuata nõ est determiata q̃ tpe: z q̃tẽs fieri debeat: sed sm opꝑtunitatẽ tꝑis: q: ꝑceptuz est affirmatiuũ: z iõ obligat ꝓ loco z tpe solũ. Sz ad ozonẽ publicã vel cõem determinat tꝑs: vt septies ozet in die naturali: vt in dicto. c. j. de cele. miss. ps. Septies in die laudẽ dixi tibi. Jrẽ determiatur tꝑs q̃tum ad auditionẽ misse: q: quilibet tenet dñicis diebꝰ missaz audire integrã: ō ꝛse. di. j. Missas. z idẽ in festiuis diebꝰ. s. pcipuis: vt in. c. Vt dñicis vl' festiuis. de paro. Et dz dici qõlibet officiũ cuiuslibet hore in hora sua: nisi ex cã rõnabili anticipet: vt in dicto. c. Vñ ille q̃ tenet ad horas canonicas: ꝑ dicere matutinas sequẽtis diei de sero. Si ff faciat ꝓpter necessitatẽ licitarũ z honestaꝝ occupationũ Puta si clericꝰ vl' magr̃ haber videre lectiones suas de nocte: vel ꝓpter aliq̃d aliud hmõi: q: melius est deo vtrũqz reddere, s.

debitas laudes: z alia honesta officia: ꝙ
q p vnū aliud impediat: secus aūt si h̄ fa
ciat ꝓpter lasciuiā: vt. s. sōnolentie z volu
ptati vacet: quia tunc peccat: z hoc tenet
Tho. i. vj. q̄libet. Sicḡ aūt ꝓpter cōmes
sationes illicitas z ꝟfabulatiōes p̄teriret
horā dicendo officiū nō in hora sua/pecca
ret: vt in. c. Dolentes. de cele. miss. z videt
esse mortale: vt ex textu illo videt inui. nō
tñ hoc firmo. Tertio differūt q̄tū ad mo
di q̄lificatōez: qz vt ōt Tho. in. iij. di. xv
Oratio publica nō fit ab orante solū, p se:
sed, p alijs. Ideo nō solū debet esse mēta
lis: sed vocalis. vt p oronē voce exp̄ssam:
etiā alij ad deuotionē excitent: z ꝓterea
etiā cant⁹ est ab eccl'ia istitut⁹. Vñ Aug.
ōt de seipso in lib. ꝟfessionū. q̄ flebat vber
rime in hymnis z cantic'is/suaue sonātes
eccie vocib⁹ vehement affect⁹: z q̄ voces
ille influebāt in aures ei⁹: z eliq̄bat verit
tas in cor ei⁹: z fluebāt lachryme z bñ illi
erat cū eis. Oratio aūt puata quā ḡs p se
facit pōt z cū voce z sine voce fieri: h̄ ver
nisi oro sit neḡaria/ex vi voti vel p̄cepti.
Puta qz iniūcta est a ꝟfessore in pniaz: ḡa
tūc debet esse vocalis oro: alias pōt vt di
xi z cū voce z sine voce fieri: ꝑm q̄ magis
orantis anio suppetit. Vñ Joā. iiij. Veri
adoratores adorabūt p̄em in spū z verit
tate. Adiungit tñ vox oroni p̄uate ꝓpter
q̄tuor. Primo vt hō excitet seip̄m verbis
ad deuote orādū. Nā vt ōt Aug. ad Pro
bā. Verbis z signis nos ipsos excitam⁹/
ad sctm̄ desideriū augendū. Secōo vt intē
tionē custodiat ne vageť/magȝ em̄ retine
tur ad vnū/si ꝟba etiā orātis affectui cō
iungant. Tertio ꝓpter debitu⁹ iustitie: ḡa
deo cui q oronem reuerētia exhibeť: nō so
lū mente: sed etiā corpe seruiēdū est/facit
ō ꝟse. di. v. Hunḡ. Ite Heb. vlt. Offera
mus hostiā laudis sp̄ deo: z fructū labio
rū ꝟfitētiū noi ei⁹. Quarto ex vehemētia
deuotiōis in orāte vox seq̄t: qz mor⁹ supi
oris vtriū si sit fort⁹: etiā ad iferiores redū
dat. Vñ etiā cū mens orātis ad deuotio
nem accēdit: in fler⁹ z suspiria z iubilos z
voces incōsiderate p̄rupit. Vñ p̄s. xv. Le
tatū est cor me. z exul. lin. me. De q̄litate
oronis puate dicet i ser. prio. Quarto dif
ferūt q̄tū ad subam oronis: qz i oro ne p
uata nō ē determinatū q̄d orādū sit: z q̄ oro
dicēda: sed pōt q̄libet h̄ mō orās: quālibet
oronez dicere: illā tñ dicere vtili⁹ est/q̄ ad
deuotionē magȝ puocat orantis affectū.
Sed in oro ne publica est determinatū: q̄
oro sit dicēda z q̄ psalmi dici dñt: z si nō ō
iure cōi tñ ꝑm diuersas eccl'ias ꝟsuetudi
nes. Vñ oz cleric⁹ ꝟformare se ꝟsuetudi
ni illi⁹ eccl'ie cui deseruit. ar. xlj. di. Sicḡ:
als peccaret. xj. di. In his/sic religiosi dñt
dicere officiū: ꝟz ritū illi⁹ religiōis quā p
fessi sūt: z monachi ꝟz ritū monasterij in q̄
sūt dedicati: z bñ verū q̄ alicḡ sūt ꝓllegi
ati: puta cl'ici z religiosi domestici cōmen
sales cardinaliū vel epor q̄ pñt se illis i di
uinis officijs coaptare: nec tenenť ad aliḡ
officiū dicendū: vt in cle. vl. de ce. mi. Ob
ver. est si ex gñali obligatōe ordis sacri vt
bñficij tenēť ad officiū aliqd. Secus si ex
spēali voto ad aliqd officiū spēale tenenť:
nā a tali nō absoluiť. Ita not. Pau. d. lia
za. in dicta cle. vl. Qui aūt dñr domestici
cōmēsales h̄ in. c. fi. de ver. sig. li. vj. Luz
q̄ dēat dicere officiū ꝟsuetū in eccl'ia in q̄
ē ordinat⁹ vel intitulat⁹: secq̄t ex h̄ q si ibi
dicať officiū ꝑgis: z officiū mortuor. q̄ ēt
ad hmōi officia teneať. Et tenet Pet. de
pal. in. iij. sen. di. xv. q. v. Et refert ibi q̄s
dā dicere oēs q̄cūq̄ iure obligatos ad ho
ras p̄seq̄ns obligari ad missaz ei⁹ die vel
cendā: vl' audiendā: qz ꝓpter qd vnū qdz
tale z illd magȝ. Hore aūt sunt ꝓpter mis
saz z ad illas ꝓp' illā obliganť: sed ꝟnū de
cūt alij: qz nō inueniť obligatio exp̄ssa. vñ
cū dicať de ꝓui. c. vlť. li. vj. Qd epi in tes
nere sup altare portatile: vbicūq̄ p̄nt fa
cere celebrari cū nō deceat eos aliqué dis
trāḡere sine missa/suppōit eis ñ obligari
ad q̄tidianā misse auditionē: nisi ex decē
tia z mīkomin⁹ alij ex debito obligāť. Nec
sequiť si hore ad missā ordinār/qd obliga
ti ad eas ad missaz obligank ꝑm Pe. ibi. z
p h̄ etiā facit: q̄ missa licz sit de officio nō
tñ est de horis: vt no. glo. in cle. j. de cele.
miss. Sed q̄ro q̄d si aliqs sit bñficiarius in
duab⁹ eccl'ijs in q̄b⁹ sit diuersuz officiū: oz
tūc dicere officiū illi⁹ eccl'ie in qua maior
gradū hz: ꝑm Tho. in q̄da q̄libet. ar. q̄.
Puta si in vna sit decan⁹: z i alia simplex
canonic⁹: oz dicere officiuz illi⁹ eccl'ie in q̄
ē decan⁹. Nō si in vtraq̄ sit simplex cano
nic⁹ oz dicere officiū digniorꝫ eccl'ie: q̄uis

forte in minori eccl̃ia habear pinguiorē p̃bendā: qz rpalia nulli⁹ momēti sunt spūalibꝫ cōparata: si vo ambe eccl̃ie sunt eg̃lis dignitatꝫ: pōt sibi eligere qōcunqꝫ offic̃ium magni voluerit: si fuerit ab vtraqꝫ eccl̃ia ablens. Si aurē fuerit in alīq eaꝝ pñs: dz se ꝓformare illis cū ḳby ꝓuerlat fm Tho. vbi. ō. Illud aūt notādū: q si alīqs cēt ordinat⁹ ad titulū sue possessiōis vel p̃mo nij: tūc pōt dicere qōcunqꝫ officiū voluerit fm Jo. Qui h̄ no. xcj. di. c. fi. qz nō ē oblīgat⁹ ſpealit̄ ad istā eccl̃iaz vl̄ ad illā. ar. de regla. sup. co. z eo. ti. c. ꝓstitutōez. i fi. li. vj.

De oratiōis qualitate an perfectissima sit. Sermo. iij.

OJcto supza

d oratiōis necessitate. Sequtur mō de oratiōis q̃litate: vbi habeb⁹ q oratio dñica de qua agem⁹ ꝑfectissima sit: vt pote cōprehendēs q̃litates necārias ad oꝛonez. Saluret̄ ꝗgo zc. Notandū est ꝓ euidētia mareriē: q oꝛo ad h vt sit exaudibilis debet esse suis ꝓditionibus z circūstantijs q̃lificata. Sepe ei cōtingit q oꝛones aliquoꝝ iō nō exaudiūt: qz nō fiūt cū debitꝫ circūstātijs: iō ōr Jacobi. petitis z nō accipitꝫ eo q male petatꝫ Jac. iij. Nō ꝓ oꝛo hz circūstātias neca ria soino exaudit Jo. xvj. Si qd petieritꝫ pr̃z in noie meo: dabit vob. Jgit nota q oꝛo dz hr̃e septē circūstantias: dz em̄ fieri

Primo sinceriter.
Secdo vriliter.
Tertio ꝓfidenter.
Quarto ardenter.
Quinto humiliter.
Sexto ꝓdenter.
Septimo p̄ſeueranter.

¶ Primo sinceriter. i. cū sinceritate scientie vt nō sit petōr ꝓtaglo inḡnata z obstinata/nā q̃uis hō multa petā cōmiserit: si tñ haber ꝓpositū de cetero se corrigere et a peris abstinere: pōt z debet oꝛare: qz exaudibilis est oꝛo sua sicut patz in publicano. Luc. xviij. Si aūt fit in ꝓposito peccandi seu a peris nō desistendi: oratio sua ineffica est: puta luxuriosus nō ꝓponit abstinere a luxuria: auar⁹ nō ꝓponit abstinere ab quaritia: superbus nō ꝓponit humiliē viuere: vindicator nō ꝓponit parcere zc. Oratio taliū frustra fit. Prouerb. xxviij. Qui declinat aurē suā ne audiat legē/oꝛo eius erit execrabilis. ideo debet oꝛo fieri cū sinceritate ꝓsciēcie/saltē quātū ad ꝓpositum de futuro/z tunc exaudibilis est. ideo dic̄ Joā. Charissimi si cor nr̄m nō reꝑhendit nos/ fiduciā habem⁹ ad deū: vt ḳcḳd petierim⁹ accipiem⁹ ab ipso. j. Jo. iij. Figura habek de Judith. de qua legit q ꝑmo se lauabat: z sic aptēdebat ad adorandum deū. Judith. xij. vñ Threñ. iij. Leuemus corda nr̄a cuz manib⁹ nr̄is ad deū. Greg. Cum manib⁹ cor ad deū leuat q oꝛonem suā opib⁹ roborat. ¶ Sed circa h̄ quero nunḳd de⁹ exaudiat oꝛones petōr: Rñ. fm Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ar. xvj. Aut oratio petōr ꝓcedit ex bono desiderio nature: et tunc ex vi iustitie q nō merek peccator ex audiri: qz etiā panē quē comedit nō. vt ōr Aug. quia cū ipse peccator nō audiat deū ꝓcipiente: dignū est vt de⁹ nō audiat peccatorē deprecantē: iuxta illud. Prouer. xxviij. Qui aurē suam zc. vt supra. z Esa. j. Cum mltiplicaueritꝫ oꝛones vestras nō exaudiam: manꝰ em̄ vestre sanguine plene sunt; z ex hac ratione nec oratiōes a viro iusto facte ꝓ peccatore merenk exaudiri: iuxta illud Hiere. vij. Tu quoqꝫ noli oꝛare ꝓ populo hoc: nec assumas ꝓ eis laudem z orationē/z non assistas mihi: qz nō exaudiam te. Item Hiere: xv. Si steterit Moyses z Samuel coram me: non est anima mea ad populū istum: sed ex mi sericordia deus q̃ḳz exaudit oꝛones peccatoꝝ sicut patz in publicano: vt supra dictum est: an debitore decem milīū talentoruz cum petente. Patientiā habe in me z omnia reddam tibi. Dimissum est tm̄ debitum sicut legit Mat. xviij. Unde sup illud verbū Joan. ix. Scimus quia peccatorez deus nō exaudit: dic̄ Aug. Illud verbū est ceci adhuc nutanti. i. nondū ꝑfecte illuminati: z ideo nō est ratū q̃uis possit verificari si intelligak de peccatore: q̃ntum est petōr: q quē modū oꝛo eius dicit execrabilis vt dictū est. ¶ Aut oꝛo petōris: procedit ex malo desiderio: et tūc oꝛo ei⁹ non exaudit ex misc̄dia dei: qz vt ōr. ij. Dacha. vj. Etem̄ nō sine mlto tpe petō

ribus ex sñia agere: sed statim vltionē ad-
hibere magni bñficij est iudiciū. Sz qñq
exaudit ad vindictā dum de⁹ ꝓmittit pec
catorē adhuc z ruere in pctā: vt maiorem
tumultū dānationis acqrat: iuxta illud.
Apoc. vlt. Qui in sordib⁹ est sordescat ad
huc. Sicut facit medic⁹ infirmo q̄ donec
est in spe curatōis/denegat sibi noxia z cō
cedit ꝓficua: sed postq̄ desperatus est/cōce
dit sibi q̄cunq̄ petit. Sic facit de⁹ pctōri
z̄. Exemplū habem⁹ in scriptura sacra:
de filijs israel perentib⁹ carnes in deserto.
Num. xj. Et deus exaudiuit eos in dānū
ipor. Vñ ps. lxxvij. Dāducauerūt z sa-
turati sunt nimis: z desideriū eor attulit
eis. nō sunt fraudati z̄. vi q̄. electos isrl
impediuit. Ad idē facit exemplū ō beato
Amb. Qñ itinerās vidit hospitē suuz ab-
undantē z affluentē mundana ꝓsperitate
z̄. Ihō Aug. ōr q⁹ de⁹ quedā negat ꝓpri-
tius: q̄ concedit iratus. Hec ꝓma cōditio
notak in ozone dñica cum dicim⁹: pat̄ no
ster: q̄ nos sum⁹ filij: nullus aūt est filius
dei q̄ adoptatiōnē/nisi gra mediāte: q̄ cuz
peccato non stat: z ido q̄ hoc notak: q⁹ ozo
oz fieri ab eo/q̄ est in gra cōstitut⁹. ¶ Se
cūdo ozo debet fieri vtilit: qz debem⁹ pe-
tere vtilia nobis nō noxia. Ubi distinguē
dum est: qz aut petimus tpalia bona/aut
spūalia: si tpalia bona: puta sciam/sanita-
tem: diuitias: honores: z officia z̄. hmōi
tunc non simplr: sed sub conditione pete-
re debem⁹: si nr̄e saluti cōueniant: qz talia
tpalia debēt ordinari ad finē spūaliū: qñ-
q̄ ein credim⁹ tpalia bona esse vtilia: que
tñ sunt dānosa sicut ꝛtingit infirmo. Vñ
Aug. in lib. sniar. ꝓsperi dicit. q⁹ orās qñ-
q̄ misc̄biter audit: z qñq̄ misc̄biter non
audit: quid em infirmo sit vtile magz nos
uit medic⁹: q̄ egrotus. Et Valeri⁹ li. vij
c. ij. Dicit q⁹ sepe vot̄ expetim⁹/q⁹ nō im
petrasse meli⁹ foret. Et ponit exemplū di-
uitias appetis q̄ multz fuerūt exitio: ho
nores cōpiscis/qui q̄ plurimos pessun-
dederūt. Regna tecū ipe voluis/quor ex
itus sepe nūero miserabiles cernunt/splē-
didis coniugijs manus injcis: at hec: vt
aliqñ illustrant: ita fundit⁹ non nūq̄ do-
mos euertunt. Suadet g̃ celesti arbitrio
nos submitti: hoc docuit nos dñs exēplo
suo: qñ oās q⁹ transferrerek ab eo calix z̄
Subiunxit verūtamē non mea volūtas:
sed tua fiat. Vñ sup illud Jo. xvj. Si q̄d
petieritz p̄rem in noie meo dabit vobis:
ōr Glo. Bede. Illos solum in noie salua
toris petere/q̄ ea que ad perpetuā salutez
ptinent petunt. ¶ Aut petim⁹ spūalia: et
tunc siquidē sunt necessaria ad salutē: sim
plicit possumus z debemus illa petere: si
cut est remissio pctōr: gra et virtutes z ista
petitio habz efficaciam magnā in cōuen-
tu dei: vt non solū spūalia hmōi petita: sed
etiaz tempalia nō petita concedant: sicut
patz exemplū in Salomone q̄ petijt a dō
sapientiā necessariā ad populū illū cui pre
erat regendū: z deus illi q̄ dō petijt/concef
sit/z diuitias/z gliam. Vñ ōr. iij. Reg. iij
Placuit sermo coram dño: q⁹ Salomon
rez hmodi postulasset. Et dixit ad
Salomonē: qz postulasti verbū hoc z nō
petisti tibi dies multos: nec diuitias/aut
aias inimicor tuor: sed postulasti tibi sa-
pientiā ad discernendū iudiciuz. Ecce feci
tibi fm̄ fmones tuos: z dedi tibi cor sapi-
ens z intelligens/in tm̄: vt nullus ante te
similis tui fuerit: nec post te surrecturus sit
hec que nō postulasti dedi tibi: diuitas. l.
z gliam. vt nemo fuerit similis tui in regib⁹
cunctz retro diebz. ¶ Si vero spūalia bo
na sunt talia/que no sunt necessaria ad sa
lutem: puta gra ꝓphie z miracul⁹/z do
scretio linguar/ z cetere gre gratis date:
quas enumerat Apls. j. Cor. xij. Et tunc
talia sub conditōe debem⁹ petere: vt si no
stre sint saluti pficua: qz qñq̄ non sunt p
ficua. Nam ex eis qñq̄ intumescit anim⁹
in ruinā sui: z silis est his petitio q⁹ nō
tentek: qz quādoq̄ imo vt plurimū saluti
ferum est tentari: q̄uis ergo debeam⁹ pe
tere: vt a tentatiōe non supemur. qz tenta
ri sepe pficit ad salutez: z non tentari effi
occasio dānatōnis sue: exemplū in aplo q̄
de se scribēs ait: ne magnitudo reuela.ex.
me. da. est mihi sti. car. mee. ang. satha. qui
me col. ppt̄ qd̄ ter do. rogaui vt discedat a me
z dix. mi. suf. tibi gra. mea. Nam vir. in in
firi. pficitur. ij. Cor. xij. Ubi ōr Glos. q⁹ si
Paulus hac tentatōe non fuisset ꝓbatus:
inter dānatos sorte haberet. ¶ Hanc aūt
conditionē habz hec ozo dñica: qz quicqd
in ea petit vtile nobis est. Tertio oz fieri
ozo confident. Jac. j. Postuler autē in fi

de nihil hesitās. q̄ em̄ hesitat simlis est fluctui maris q̄ a vento mouet ⁊ circunfert. Et Iac. vj. Quicūq; orātes petitis credite: q̄ accipietis ⁊ fiet vobis. Ad hāc aūt fiduciā habendā, puocat nos ipsemet dñs di. Luc. xj. Quis aūt ex vobis patrē petit panē: nunq̄d lapidē dabit illi? Aut piscē: nunq̄d p pisce ꝑpentē dabit illi? Aut si petierit ouū: nunq̄d porriget ei scorpionem? Si ḡ vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vris: q̄nto magis p̄ vester de celo dabit vobis spm̄ bonū petentib⁹ se. Nota hic q̄m̄ miserabilis est homo q̄ nō ꝑfidit de deo/cū ꝑfidat de vno iudeo si habz instrumentū ab eo ⁊c. Dic practice vt expedit. Hāc aūt cōditionē hz in se ista oīo: naz vt cū magna fiducia orem⁹/ꝑmittit Pat̄ noster. Quis em̄ est filius q̄ nō cōfidat de patre quando indiget vestimēto vl̄ cibo/vel aliqua re necessaria: q̄ pat̄ thesaurizat filio ⁊c. Iterē ps. Quēadmodū miseret pat̄ filioꝝ/misert⁹ est dñs timēt⁹ se: quonīā ipse cognouit figmentū nr̄m ⁊c. Jo. Heb. iij. Adeam⁹ cū fiducia ad thronū gratie/vt misēdiam ꝑsequamur: ⁊ gr̄am inueniamus in auxilio oportuno. Alia etiā ratio nos inducit vt cū fiducia oremus: q̄ ipse ad quē ptinet exaudire: vna cū patre ⁊ spiritu sc̄o est aduocat⁹ noster. j. Jo. ij. Filioli mei/hec scribo vobis vt nō peccetis. sed ⁊ si q̄s peccauerit: aduocatū habem⁹ apud patrē iesum chr̄m: ⁊ ipse est ꝓpitiatio ꝑ peccatis nr̄is. Ber. Magnā fiduciā habem⁹ ad deū: vbi mater ante filiū/filius ante patrē. mater ostēdit filio pect⁹ ⁊ vbera: filius ostendit patri lat⁹ ⁊ vulnera. Nulla ḡ poterit ibi esse repulsa/vbi tot cōcurrūt charitat⁹ insignia. Et tertia rō inducēs nos ad ꝑfidentiā dicit: q̄ ipsemet de⁹ puocat nos ad orandū/⁊ ꝑmittit exauditionē. Lu. xj. Petite ⁊ accipietis: q̄rite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ aperiet⁹ vob. Est ⁊ quarta rō: q̄ ipse dictauit nobis oīonē dñicā: et sic instruxit nos orare sicut oportet: q̄ als nescirem⁹. Ro. viij. Nā quid oremus sicut oportz nescim⁹. Nota silitudinez: si rex doceret nos quō ab eo deberemus aliquā gr̄am postulare ⁊c. Quarto debet fieri oīo ardēter si/ue deuote: q̄ deuota et ardens petitio est clamor altus ad aures dei. q̄ vt dr. j. Re. xvj. Dō videt ea q̄ parēt: deus aūt intuetur cor. Et ipse de⁹ respondit. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiā eum ⁊c. Sic orabat Moyses: cui q̄uis nō loquerer⁹ ore/q̄ tamen ardēter desiderabat illius ꝓpt̄i liberationē: respōdit dñs. Quid clamas ad me? Exo. xliij. Dicūt glo. q̄ desiderū Moysi erat clamor in auribꝫ dei: ⁊ obtinuit q̄ mare diuideret⁹ ⁊ filij israel p̄ mediuz maris transirēt liberati. Sic de Anna dicitur q̄ loquebat in corde suo. j. Reg. j. Addit tm̄ q̄ vox ad orationē. vt dicitur supra sermone ꝑmo parte. iij. Hanc aūt cōditionē habet ista oratio: tū q̄ in spiritu feruoris fuit a chr̄o dictata: tum q̄a oratio ista breuis est. Nam q̄ plerūq; deuotio ꝑpter oīonis ꝓlixitatē excludit: ideo dñs superfluā ꝓlixitatē oīonis docuit vitare dicēs. Orantes aūt nolite multū loqui. Etiam Aug⁹. dicit ad Probā. Absit ab oratione multa locutio: sed nō desit mlta precatio/si feruēs ꝑseueret intentio. Et sō dñs hāc orationē breuē fecit. Consurgit etiā deuotio ex charitate/q̄ est amor dei ⁊ proximi: quoꝝ vtrūq; in hac oīone ostendit. Nam insinuandū diuinū amorē: vocamus eum patrē. Ad insinuandū aūt amorē proximi cōiter ꝑ omnib⁹ oramus/non aūt ꝑ singulis. Non em̄ dicimus/pater meus: nec panem meū quotidianū da mihi hodie. nec dicimus/⁊ dimitte mihi debita mea: ⁊ ne me inducas in tēptationē. nec sed libera me a malo: sed ꝑ omnib⁹ cōiter. Vñ Cypria/nus. Deus pacis ⁊ cōcordie magister: qui docuit vnitatē: sic orare vnū ꝑ omnib⁹ voluit/quō in vno oēs ipse portauit ⁊c. Sic fecerūt illi tres pueri positi in camino ignis: de quib⁹ dicit. Tunc illi tres quasi ex vno ore: laudabāt ⁊ bñdicebāt deū. Dañ. iij. Sic de aplis legit: q̄ erant ꝑseuerātes oēs vnanimiter in oīone cū mulieribus ⁊ Maria mr̄e Jesu. Act. j. Et hac rōne debet esse oīo attenta. si em̄ deuota: ḡ attenta. Vñ Aug. in rl̄a. Psalmis ⁊ hymnis cū oratis deū: hoc verset in corde qō ꝑfertur in ore. Iterē Cyprianus. Nil aliud cogitet anim⁹/q̄m illud solū qō precat. de cōse. dis. j. q̄ aūt. Dicūt em̄ theologi q̄ nō requirit⁹ q̄ attētio semp maneat in oīone ꝑ act⁹ el⁹ q̄ h̄ videt impossibile. ps. xxxix. Cor meū dereliq̄t me, sed satis est q̄ maneat ꝑ virtutē: qō est q̄n cū bona intētiōe q̄s ad oīonē

accedit/cuis in psecutiõe mẽs nõ ex ppo sito ad alia rapiat: tunc em semp prime in tentiõis ius pmanet/nisi tãta sit euagatio q attẽtio oino depereat. ¶ Quinto debz ozo fieri humilit. s. corde z corpe. Exẽplũ de pharisẽo z publicano Luc. xviij. Jo ot scriptura. Ozo humiliãtis se nubes penetrat/z nõ discedet donec altissimus respiciat. Eccli. xxxv. Ps. Respexit in ozonem humiliũ/z nõ sprevit pces eoz. Ecõtra superbi qñ orat deũ/reputat deus teneri sibi ad exaudiẽdũ: z iõ si nõ exaudit/idignat. z ꝺa supbus plen⁹ est: nõ capit gram dei. Exẽplũ de Antiocho supbo: de q dicit. ij. Mach. ix. Orabat aũt hic sceleſtus dñm a q nõ esset miseꝛiam cõsecutur⁹. Jtẽ exẽplũ de Alexãdro magno querẽte quõ posset habere sapiam. cui rñdit Didim⁹ phs. De⁹ cũ sit largissim⁹/parat⁹ est dare tibi sapiam: sed tu nõ habes vbi teneas: cũ superbia plen⁹ sis. Jo Judith. ix. Superbi ab initio nõ placuerũt tibi: z humiliũ z manſuetoꝝ tibi sp placuit depcatio. Jo Jaco. iiij. De⁹ supbis resistit: humilib⁹ aũtẽ dat gram. Debet etiã esse humilitas in corpe genuflectẽdo/vel pternẽdo/vl incurvando. nõ ꝺdẽ refectiõis/sed devotiõis obtentu. vt ot Jo. cassian⁹ in collationib⁹ patꝝ. z facit. viij. q. j. sciendũ. Hanc g ꝺditionẽ habz ozo dnica. nã in eo q petim⁹ dimitti nobis nra/cõfitemur petiꝛes et indigere gra dei. z iõ in hoc appet humilitas: qz iustus in pncipio accusatoꝛ ẽ sui. ¶ Sexto oz fieri ozo prudẽter. Prudẽtia cõsistit in duob⁹. Primo ꝺdẽ vt ordinate petat: sicut desiderũ nrm debet esse ordinatũ: qz oratio est desideꝛy interpꝛes. est aũt hic ordo debit⁹/vt spualia carnalib⁹/celestia terrenis desiderãdo z orando pferamus. sm illud Mat. vj. Primũ querite regnũ dei: z hec omnia adijcientur vobis. Hec dñs in hac oratiõe docuit obseruare: in qua prius petunt celestia z postmodum terrena. Scõo prudẽtia petitiõis cõsistit in h vt peratur merces ab eo q merek. alioqn digna cẽt repulsione ozo hui⁹. Qz vt ot Gre. Cũ is q displicet ad intꝛcedendũ mittit: irati alios ad deteriora puocat. xlix. dist. in pn. Jo repulsa fuit petitio filioꝝ Zebedei: quib⁹ dicũ fuit. Nescitis q̃d petatis z̃c. Mat. xx. Sili⁹ fuit expulsus diabol⁹ de celo: q̃ p̃⁹ appetijt acquiescere laboꝛi: z non pmisso merito appetijt premiũ/qñ dixit in corde suo. in celũ cõscendã sup astra celi z exaltabo soliũ meũ: sedebo in mõte testamẽti. Jo subdit. Quõ cecidisti lucifer z̃c. Esa. xiiij. Hanc ꝺditionẽ hz hec ozo: qz antecꝝ petam⁹/adueniat regnũ tuũ: pmittit/sanctificet nomẽ tuũ. qõ exponit vno mõ. i. illud nomẽ sctm tuũ qõ sortiti sum⁹ p regenerationẽ spualez: fiat z appareat sctm in nob⁹: vt z nos iuxta modulũ nrm sanctifimus. z p hãc sctificationẽ acqram⁹ meritũ p qõ digni simus pmio regni dei. ¶ Septimo ozo oz fieri pseuerãter. Luc. xviij. Oportet sp ozare z nõ deficere. j. Thes. v. Sine intermissione ozate. Qõ q̃lit fieri debeat/docet nos dñs Lu. xj. Quis vestrũ habebit amicũ z ibit ad illũ media nocte z̃c. Dic totã pabolã z declara. Exẽplũ habem⁹ in Lananea Mat. xv. Figura habetur de apl̃is excitãtib⁹ deũ dormiẽtem in naviculã q̃ piclitabat fluctib⁹: z excitatus imperavit vẽtis z mari/z facta est trãquillitas magna z̃c. Mat. viij. Sic qñ sumus in nocte tribulatiõis iactati tẽpestati tentationum in hoc mari magno z amarissimo hui⁹ mundi. Ps. Hoc mare magnũ z spatiosum manib⁹ z̃c. Clamamus q̃ꝝ ad deũ: z ipe dormire ꝺz/cũ nõ cito eripiat nos. igit excitem⁹ eũ oꝛonib⁹ nris ipoꝛtunis dicẽtes ei. Exurge: q̃re obdormis dñe exurge z ne repellas in finẽ. ps. xlij. Salua nos dñe perim⁹. z sic igit excitat⁹ liberabit vos. Ps. Clamavit ad me z ego exaudiã eũ: cũ ipso suꝝ in tribulatiõe eripiã eũ z glificabo eũ. Ipse etiã exhoꝛtat nos ad h dicẽs. Immola deo sacrificiũ laudis: et redde altissimo vota tua: z iuoca me i die tribulatiõis/eruã te z honorificabis me. ps. xlix. Et hec ꝺditio ꝺnorat in oratiõe dnica/cũ ꝺz. panẽ nrm q̃tidianũ da nobis hodie: p qõ datur nobis intelligi q̃ quotidie debem⁹ hãc oratiõnẽ dicere: z cõsequenter q̃ pseuerãter debemus orare.

¶ De oꝛonis vtilitate in gñali Sermo. v.

Circa tertiũ articulũ/vicz de oꝛonis vtilitate occurrit duplex cõsideratio. Prio em videbim⁹ de oꝛonis vtilitate in

gñali. scdo in spēali. Circa pmū no. q ozo
bz ḡttuo: pncipales effectus. Ozo nāq
Primo est meritoꝝ accumulatiua.
Scdo est debitoꝝ satisfactiua.
Tertio est mestoꝝ cōsolatiua.
Quarto est petitoꝝ impetratiua.
¶ Prim⁹ effect⁹ est zc. Ozo em̄ merito
ria est. z rō est: qz ois act⁹ ꝓrutis si fiat ex
charitate/meritoꝝ est: adhibitis debitis
circūstantijs. sz ozo est hmōi: ḡ zc. Pro de
claratiōe maioꝛ. No. q tria req̄runt ad h̄.
Primo ex pte actus. s. q sit de gñe bonoꝝ
actuū. nā si eēt de gñe maloꝝ/nō eēt meri
toꝝ: qz Mala fm se nunq̄ p̄nt fieri bñ:
z iō nūq̄ sunt faciēda/etiā ꝓpt̄ bonū. vt in
c. z si chris. de iur. iu. sicut adulteriū/furtū
z hmōi. Et si dicas q ꝓpt̄ ꝓseruandā vitā
ꝓpriā vel aliēnā in casu extreme necitatis
licitū est aliena capere etiā multo dño. Di/
cendū est q tūc nō est furtū: qz in tali casu
nō est res aliena: qz i necitate oia sūt cōia.
xlvij. di. sicut hi. de. ꝙse. di. v. discipulos. de
furtis. sic̄s ꝓpt̄ necitatē. vbi vide q̄stionē
quā ibi glo. facit. Potꝝ em̄ hō dz oia ma/
la pati q̄ pctm̄ faceꝛ z pctō ꝙsentire. xxxij.
q. v. ita ne. z de eo qđ me. cā. sacris. nec de
bēt talia mala fieri etiā ꝓ euitādo maioꝛi
malo. Jō culpat Lorh: q̄ voluit filias ꝓs
stituere ꝓ euitādo vitio nefando. xlij. dis.
qđ ait. Vñ nō excusant a mortali pctō illi
q̄ ꝓ salute ꝓpria vel aliena/spūali vel cor/
porali pjurāt vel fornicant/vel vsuras fa
cūt: qz nemo adducēdus ē ad salutē/opti/
mū tuāte mēdacio. xxij. q. ij. ꝓmū. z. c. faciat.
Scdo req̄rit ex pte opantiꝝ: q. s. sit i statu
merēdi. i. q sit in charitate: q̄ est radix oim
meritoꝝ. de pe. di. ij. charitas. de regulari.
lz. in fi. Ubi dr q charitas ē fons ꝓpriꝰ/
cui nō cōcat alienꝰ. vñ sine charitate nul
lū meritū achri pōt. j. Co. xiij. Si linguis
hoim loq̄r z angeloꝝ: chari. aūt nō ha. ni/
hil sum. vel factꝰ sum velut es sonās aut
cymbalū tinniēs zc. Tertio req̄rit ex pte
intentionis opantiꝝ/vt ad finē debitū ordi.
qz puersa intētio totū corrūpit opꝰ bonū.
Mat. vj. Si oculus tuꝰ fuerit simplex/totū
corpꝰ tuū lucidū erit. si aūt nequā fuerit/
totū corpꝰ tuū tenebrosum erit zc. Igit̄ si
hec tria ꝙcurrāt in ozone: certū est q ē me
ritoria/cuius primū sit in ozone. qz ozo est
actꝰ ꝓrutis/vel charitatiꝝ/vl obedientie/vl
latrie. Jō ps. Ozo mea in sinu meo cōuer
tet. ¶ Scds effectꝰ ozonis ē: qz est satisfa
ctiua. Est em̄ penal⁹ z afflictiua fm se: fre
quēs em̄ meditatio ē carnis afflictio. Vñ
Jacob emarcuit. Gen. xxxij. z Daniel elā
guit. Dan. x. lz sit mēti delectabil⁹ si fiat de
uote. Satisfactio aūt duos effectꝰ habet.
Primo qz recōpēsat ꝓ culpa ꝓterita. Scdo
qz ꝓseruat a futura. Vñ fz Aug. Satisfa
cere est ꝓteritoꝝ cās excidere/zeaꝝ sugge
ctionibꝫ aditū nō indulgere. vtrūq̄ aūt fa
cit ozo. Initiū em̄ et radix oim malorum
est superbia. sicut dr Tob. iiij. Jrē Eccli. x.
Initiū ois pcti superbia. q̄ tenuerit illaz ad
implebit maledictis. Et iō ꝓ h̄ q hō hūili
ter spm̄ suū ꝓ ozonē deo subdit: facit recō/
pēsationē ꝓ superbia ꝓcedētis offense/z adi
tū aufert culpe future: radicez. s. superbiā ei
amputās. Sic̄ ptz in latrōe: cuiꝰ deuota
ozo fuit adō satisfactoria. q̄ peteti ei ac di
centi: Memēto mei dñe cū veneriꝝ in regnū
tuū. dem̄ fuit. Amē dico tibi hodie mecū
eris i paradiso. Lu. xxij. Et ita ozo hz plene
satisfaciēdi rōnē. vñ sup Mat. dr Hiero.
Nō sanat ocꝰ qđ sanat calcaneū: ieiunio
sanant pestes corpis: ozone ꝓ sanant pe/
stes mēiꝝ. ¶ Tertiꝰ effectꝰ ozonis ē: qz ē
ꝙsolatoria. Vñ chīs ozāti appuit angelus
de celo ꝙfortans eū. Lu. xxij. Vñ nāq̄ tā
efficax remediū ꝙ tētatōes est q̄ ozo: Vñ
Hiero. sup Mat. xliij. In tētatōez intrat
q̄ ozare negligit. Et Aug. Ozo ē ozāti p̄si
diū/aduersario incēdiū/angel⁹ solatiū/do
ḡtū bñficiū. Vñ Jo. xvj. dr dñs. Petite z
acci. vt gaudiuz vr̄m sit plenū. No. exēplū
de illo fre. theutonico q̄ hēbat a pueritia i
maḡ deuotiōe passionē chīi z eiꝰ vulnera:
z singul⁹ diebꝫ dicebat ad illa vl'nera Ado
ramus te chīe z bñdicim⁹ tibi: qz p crucē
tuā redemisti mūm. q̄nq̄ venias faciēdo
totidē p̄ nr̄: rogās chīm vt darz sibi timo
rē suū/parit z amorē. Huic aūt postea vi/
sibiliť appuit dñs ihesus chīs: dās ei ō sin/
gulis vulneribꝫ suis bibere mirā dulcedi
nē. q̄ ꝓcepta/ois mōi dulcedo z cōsolatio
in amaritudinē est illi cōuersa. Exm̄ hz in
lib. de vitz fratrū nr̄oꝝ pre. iiij. c. de ꝓtute
ozonis/exēplo p̄mo. vbi etiaz vide multa
alia exēpla ad ꝓpositū. Jō dr Jac. v. Tri
stat aliq̄s in vob⁹ oret equo animo z psallat.
¶ Quartꝰ effectꝰ ozonis ē: qz ē impetratiua

z hoc vex cõcurrentibꝫ ꝯtruoꝝ ꝺditionibꝫ vt.ſ.petak pie/ꝑ ſe/ꝑſeuerãter/z ad ſalutẽ/ vt dicit glo.ſup illud Lu.xj. Quis veſtꝝ habebit amicũ? Dicit aũt Tho.in.iiij.di. xv.z.ij.q.lxxxij.ar.xv.ad ſcõm.q iſte cõ ditiones nõ hoc mõ reqrunk ad efficaciaz impetrandi quaſi nihil impetrek ſi aliq̃ de ſit: qz etiã qñq̃ aliqs ꝑ alio oras exaudik: ſed qz his poſitis ſemꝑ oro efficaciã habet impetrãdi: qz ipetratio magis eſt ex ꝓpoſi to eius q̃ orak/q̃ ex orãtis merito. Et iõ etiã qñq̃ petões orãtes audiunk: qñ eoꝝ oro diuino ꝓpoſito cõcordat. Sciendũ tñ ſm Tho.vbi ſ.q aliqñ aliquis pie petit q̃ petatis ſ̃rutez non hz: ſicut aliqs aliqñ aliqua iſta fecit/q̃ iuſtitie habitũ nõ hz: et ſic etiã petões pñt aliqñ pie orare. Et ad hoc facit exẽplũ qõ legik de Alexẽdro ma gno imꝑatore: de quo ſcribit mgr̃ in hiſto rijs ſcholaſticis/q ad eꝝ oronẽ mõtes ca/ ſpꝫ clauſi ſunt miraculoſe: vt ꝑcluderetur aditus decẽ trib⁹: q vltra illos mõtes ha/ bitabãt. Si g̃ oro pagani infidelis ita efficax fuit ad impetrãdũ: qd erit de oratione fi delis? ¶ Circa ſcõm: vicz de effectu oro/ nis in ſpeali eſt notãdũ q ꝑ oronẽ Primo ꝑſeruamur a malis. Scõo acq̃rim⁹ bona oia. Et iõ circa oia mala taz culpe q̃ pene remouende: z circa oia bona nobis ferẽda habet effectũ. Sunt g̃ ſeptẽ fructus.

Primus eſt maloꝝ culpe liberatio.
Scõs eſt maloꝝ pene remotio.
Tertius eſt demonũ oppreſſio.
Quart⁹ eſt bonoꝝ nature ꝓſeruatio.
Quint⁹ eſt bonoꝝ fortune acq̃ſitio.
Sext⁹ eſt bonoꝝ gratie infuſio.
Septim⁹ eſt bonoꝝ gloꝛie collatio.

¶ Primus g̃ effect⁹ eſt maloꝝ culpe libe ratio. Nã ꝑ oronẽ liberamur a malis cul/ pe: nõ ſolũ a nobis orantib⁹ cõmiſſis/ſed etiã ꝑ alios cõmiſſis obtinemus ꝑ oronez liberationẽ. Et de cõmiſſis q̃dez a nobis ꝓz ꝑ multa exẽpla ſcripture tã vteris q̃ noui teſtamẽti. Et in veteri quidẽ patz ex emplũ in Dauid: q̃ orãdo Miſerere mei de⁹ zc. obtinuit remiſſionez ꝓcti adulterij qõ cõmiſit in Berſabee: et homicidij qõ etiã cõmiſit in Vria eius viro. ij. Re. xj. Ad idẽ ꝓz exẽplũ de Achab. iij. Re. xxj. Itẽ in Manaſſe filio Ezechie. ij. Paral. xxxij. In nouo ꝯ teſtõ etiã ꝓz ꝓmo in filio ꝓdigo Lu. xv Itẽ Luc. xviij. Itẽ in Petro amare flente. Lu. xxij. Itẽ in Da ria magd. Luc. vij. Propt̃ hoc dñs inſtruit oronẽ dñicã: in q̃ petimus. Et dimitte no bis debita nra zc. Exẽplũ etiã habem⁹ in vitis patrũ: de quodã petore qui beatus Paulus ſimpleꝝ vidit eccliam intrare to/ tũ obſcuꝝ z nigrũ/z a diabolo conducũ. Qui cum in eccliа demoraꝝ fuiſſet/z ſibi ꝓpt humiliꝫ poſtulaſſet: vidit eũ foras exy re ſplendidũ z iuxta eũ angelus ſtantẽ z demonẽ ꝓcul pulſum. Circa remiſſionem etiã alioꝝ petoꝝ hz effectũ oro: ſicut patz in petro vituli qui ꝓpꝫ iſrl adorauit: pro q̃ remittendo Moyſes oravit deũ. Obſe cro dñe: peccauit ꝓpꝫ iſte peccm maximũ/ feceruntq̃ ſibi deos aureos. Aut dimitte eis hãc noxã. aut ſi nõ facis: dele me de li bro tuo qui ſcripſiſti. Exo. xxxij. Et placa tus dñs remiſit. Vexti Moyſes zelo iu ſtitie morꝝ/feẽ illo die occidi vigiti milia hoim in vltionẽ illiꝝ peti. Qz vt ait Ge. xx. moza. z habek in decre. xlv. di. Diſcipli na vl miſeꝛa multũ deſtruik/ſi vna ſine al tera reneak/ſed circa ſubditos ineſſe debet rectoꝛib⁹ z iuſte cõſulẽs miſeꝛia/z pie ſeꝝ uiẽs diſciplina. ¶ Scõs effect⁹ eſt mala rũ pene remotio. Nã in multis legim⁹ ex emplis: q ꝑ oronẽ liberamur a malis pe nalib⁹/ſiue a deo illatis ſiue ab hoib⁹. Et de imiſſis a deo exẽplũ ꝓz i Dauid: q̃ pla gã peſtis q̃ in ꝓpꝫ craſſabak: humili ꝓece remouit. ij. Re. vl. z. j. Paral. xxj. Itẽ ora re Moyſe placat⁹ eſt dñs ne faceꝝ malũ qõ locut⁹ fuerat aduerſ⁹ ꝓpꝫ ſuũ. Exo. xxxij. Sz de h̃ ſupra ꝓma ꝓe dictuz eſt. Ad idẽ facit exẽplũ de brõ Greg. q̃ ingui narĩã peſtẽ q̃ paſſim hoies occidebat: mul tis ꝑcibus effugauit abvibe: ſic legik in le gẽda eꝝ. Itẽ Abzaã impetrauit a dño vt Loth nepos ſuꝰ liberaꝛek a ſubmerſione ſo dome: ſicut legik in Gen. xviij. Vbi etiã hab bek q ꝑ oronez z merita decẽ viroꝝ iuſto rũ dñs parat⁹ eſt ꝑcere toti ciuitati ꝯtuz ad penẽ tꝑalis ꝑſeruatõez. Sic de malis pene ab homine illatis patz exẽplũ in Ezechia rege: cui⁹ oronẽ angelus dñi ꝑcuſſit in caſtris aſſyrioꝝ. c. lxxxv. milia viroꝝ: et ſic liberat⁹ fuit ꝓpꝫ dei ab illo periculo. Eſaie. xxxvij. Sic z Judicũ. v. q̃uis dica rit domin⁹ filijs iſrael. Quia dereliquiſtis

me ⁊ coluistis deos alienos: non addā vl
tra vt liberē vos: ite et inuocate deos quos
elegistis/⁊ ipsi liberent vos in tpe angu/
stie. mhilomin⁹ postea eū humilit depcan
tibus/verbū qđ dixerat imutauit/et auxi
liū dedit. Et hic effectus nō solū in penis
tpalibus legit/sed qñq; in liberatiōe pene
eternalis. Sicut ptz in aīa Traiani impa
toris: q̄ cuius fuerit defunct⁹ in infidelita
te/cū orante Gregorio ania sua de gehen
na infernali liberata fuit: sicut omnes do
ctores theologi referunt: cuius regulari/
ter ab inferno nulla sit redeptio: iuxta illō
Prouer. xj. Mortuo hoie impio nulla erit
vltra spes. ¶ Tert⁹ effect⁹ est ōmonū op
pressio. Per oronē nāq; nostrā demō val/
de opprimit/et cōprimit a virulentia sua.
Vñ lep⁹ in historyis sctōr legit: q̄ sanct⁹
orantib⁹ demōes clamauerūt dicētes. O
sce. N. oziones tue me incēdūt. Legit etiā
q̄ tpe Juliani apostate q̄ post Cōstātinū
in malū fuit ⁊ pniciē aie: gubernauit impe/
riū romanū. Dū ipse Julian⁹ cōtra Per/
sas iret in preliū: misit demonē quendā in
occidentē/vt sibi cicito referret qđ in occi
dentis ptib⁹ fierz. arte em magica in oib⁹
vtebat. Cunq; demon Publiū monachū
orantē inuenisset in via: phibit⁹ est in oro
nib⁹ pfati monachi ne trāsiret. Cunq; ille
ab oādo nō cessaret: demon ad Julianū
sine fructu rnsionis reuersus est. Cūq; Ju
lianus q̄reret q̄re tantū redire tardasset:
ille ait. Impedit⁹ oz̄one Publy monachi
tali loco subsistit ⁊ vltra trāsire nequi: ⁊ iō
tibi nulla noua portaui. At ille miser ⁊ in
felix duz virtutē oz̄onis mirari debuisset:
nō hoc admirat⁹ sed monacho ꝯminatus
est. q̄ vindictā in eū faceret dū rediret: ig/
norans q̄ rediturꝰ nō esset. Nā in illo bel
lo lancea bti Mercurij trāsuerberat⁹ infe
liciter ⁊ dānabilit occubuit. Ad idem q̄n/
tū displiceāt oziones sctōr demonib⁹: patz
in exēplo de btō Dñico oāte in ecclia san
cte Sabine. sup quē pstratū in oz̄one dia
bolus de alto tecto ecclie p̄iecit lapidē du
rissimū ⁊ ponderosum ꝛc. Dic hist⁹iā. et
q̄ lapis seruat adhuc in ecclia predicta in
memoriā facti. Figura hui⁹ hz Exo. xvij.
vbi dr: q̄ Moyse tenēte manus eleuatas
ad celuz/vincebāt filij ysrl Amalechitas:
per q̄s demones figurant. ꝛ si deponebat
Moyses man⁹/filij ysrl superabant: nec so/
li demonū/verūetiā maloz hoim: q̄ sunt
ministri demonū violenti incursus ozon
bus ꝓmūtur: sicut ptz in venerabili Li
bertino Sundēsis monasterij ꝓpositō: de
quo refert Greg. in. j. lib. dial. q̄ cū p vtili
tate monasterij iter captēs equo insideret
Gothi et obulātes deiecerūt eū ab equo
⁊ recedētes nunq̄ flumen vulturnū noie
transire potuerūt q̄ uis equos calcaribus
vrgerent: impediti merito oz̄onū Liberti
ni ꝛc. Dic totū exemplū. Jō eccl'ia sancta
docet nos orare dicens. Presta nobis dñe
auxiliū gre tue: vt ieiunys et oz̄onib⁹ con
uenienter intenti liberemur ab hostib⁹ mē/
tis ⁊ corpis. Hec etiā figura talis fuit in
Tobia: cui dixit angelus/q̄ fum⁹ cordis
⁊ iecoris piscis sup carbones positi exeri/
caret oīne gen⁹ demonioz. Tob. vj. Cor
SIc curri te vt cõprehendatꝯ.j. Cor.ix. Et in epistola hodierna pdicatus dño concedẽte, de materia ꝑceptoꝝ decalogi: z cursurus ꝑ viam eozundẽ: ad finez cõprehẽdẽdi diuinã essentiã in cui⁹ visiõe essentialiter cõsistit diuina btitudo: iuxta dictũ dñi Joan.xvij. Hec est aũt vita eterna vt cognoscant te solum verũ deũ z quẽ misisti Jesum christũ. Nam vt ait Aug⁹. Visio est tota merces. ¶Gratia diuina me fateoꝝ indigere: qz omne datum optimuz z omne donum pfectum de sursum est descendens a patre luminum. Jaco.j. Pro hac ergo gratia impetranda recurramus ad virginem gloziosam matrem dei ipsaz humiliter salutãdo. Aue Maria zc. Sic currite zc. vbi supza. Istud verbum habz difficultatem in sacra theologia. Naz verbum istud/vt cõprehendatis/intelligitur de bzauio quod est premium cursus: vt ór Glo. Bzauium autez istud est cozona glorie: de qua apostolus.ij.Tim.vlti. Bonũ certamen certaui/cursum cõsumaui/fidez seruaui: in reliquo reposita est mihi cozona iustitie zc. Vult ergo apostol⁹ in summa dicere. Sic currite vt cõprehendatis cozonam glozie eterne: que cõsistit in dei visione. ¶Sed contra. Cum vita eterna obiectaliter sit ipse deus: iuxta illud Joã. xj. Ego sum resurrectio et vita. Et, xiij. Ego sum via: veritas z vita. Deus autez a creatura comprehendi nõ potest: cũ deus sit infinitus: creatura vero finita: ergo videtur q homo non possit cõprehendere deum nec vitam eternam. Et confirmat dictio ꝑ Augu. ad Paulinã de videndo deum: vbi dicit. Attingere mẽte dñi magna est beatitudo: cõprehendere autem est impossibile. Sed dicendũ: q cõprehensio dupliciter põt accipi: vt tangit sanct⁹ Tho. j.ij.q.iiij.ar.iij. ad primum argumentum. z ꝑte.j.q.xij.arti.j. ad primũ. Uno modo ꝑut est inclusio cõprehensi in cõprehendẽte: sicut vinũ comprehenditꝝ in vegete: vel homo in vestimento vel loco: vel sicut puer in vtero matris: z sic omne quod cõprehenditur a finito est finitũ. Unde hoc mõ deus nõ potest comprehendi ab aliquo intellectu creato. Alio modo cõprehensio nihil aliud nominat ꝙ tentionẽ alicuius rei tam presentialiter habite: sicut aliquis cõsequens aliquem dicit eum cõprehendere: quando tenet eum: z sic potest deus cõprehendi. Et ad hoc hortatur nos apostolus in verbis ꝓpositis di. Sic currite zc. Uñ Can.iij. In lectulo meo quesiui ꝑ noctes quẽ diligit aia mea tenui eũ nec dimittam zc. Et sic patet difficultatis solutio. ¶Sed posset aliquis querere: de quo curlu loquitꝝ apostol⁹ dum dicit. Sic currite. Respõdeo. hoc declarat Dauid di. Viaz mandatoꝝũ tuoꝝum cucurri. Cursus ergo iste est obedientia mandatoꝝũ dei per quẽ si bene currim⁹: cõsequimur vitaz eternã: iuxta illud Matth.xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata: z idem est qõ dicit apostol⁹. Nam quod dicit apostol⁹. Sic currite. Domin⁹ dicit. Serua mandata: qõ aute dicit apostolus: vt comprehendatis. Domin⁹ dicit. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. patz ergo thema. Et sumus in ꝓposita materia mandatoꝝũ: de ꝙbus ꝓdicatur⁹ sum domino concedente per totam quadragesimã: incipiẽs ab hac dominica septuagesime. Sed añq̃ descendam ad specialem materiam mandatoꝝ: premittenda sunt aliqua de lege diuina q̃ fuit: z est causa efficiens ꝓceptoꝝum: vt pote ordinantis ipsa ꝓcepta: Sed vt altius exordiamur. Notandum q ꝓ directione humane vite data est nobis a deo q̃ duplex lex. Nam z lex humana a deo est. Unde Prouer.viij. Per me reges regnãt z legum conditoꝝes iusta decernunt. Et

sunt iste quatuor leges videlicet.

Prima est lex nature
Scōa est lex scripture
Tertia est lex gratie
Quarta est lex ecclesie.

Ultima vero diuidit in duas scz legem canonicam z ciuilem: vel dic q triplex est lex nobis a deo data: scz lex naturalis: lex diuinalis: z lex humanalis. Lex autē diuinalis subdiuidit in duas: scz in legē veteris testamenti que dicitur lex scripture: z in legem noui testamenti que dicitur lex gratie. Item lex humanalis diuidit in duas: scz generalē z particularē. Lex generalis est duplex: scz canonica z ciuilis. Item vtraq; potest subdiuidi in legem scriptam z non scriptā: vt infra subdit. Lex aūt particularis est duplex, s. lex scripta z lex non scripta: scripta dicit statutuz. non scripta vero cōsuetudo: que est ius quoddam moribus institutum: vt dicit Gratian⁹ di. j. Cōsuetudo. Ponit etiā Gratian⁹ multa alia iura que tñ sub predictis cōtinēt. Nā iusgentiū continetur sub iure naturali: vt infra dicet. Jus vero militare continetur sub iure gentiū: z ꝙsequenter etiā sub naturali. ius publicū continet sub eodem vl sub canonico vel ciuili. Jus quiritū. i. romanoꝝ ꝺtinetur sub iure ciuili: z sic patet multiplex legum distinctio. Ponit etiam alia lex a theologis: que dicit lex eterna q̄ nihil aliud est q̄ ratio diuine sapiētie: ꝑm q̄ est directiua oim actuū z motionuz: sic ratio diuine sapiētie inquantū p eam cuncta sunt creata habet rationē artis vel exemplaris vel idee, ꝑm Tho. j. ij. q. xciij. ar. j. Item ponit a theologis etiam alia lex q̄ dicit lex cōcupiscentie. De qua Apl's Ro. vij. Video aliā legem in mēbris meis repugnantē legi mentis mee: z captiuū me ducentem in lege pcti q̄ est in mēbris meis. Et dicit lex non tanq̄ regulans z mensurans: sed tanq̄ mensurata et regulata. Quelibet em̄ inclinatio ꝓueniens ex aliq̄ lege dici pōt lex: nō essentialiter: sed quasi participatiue. Et hoc mō ipsa inclinatio mēbꝛoꝝ ad cōcupiscentiā: lex mēbꝛoꝝ vocatur ꝑm Tho. j. ij. q. xc. ar. j. ad primum. Sic ergo ꝓcupiscentia siue fomes dī lex: z habet rōnem legis in hoie: inquantū est ꝑna ꝓsequēs diuinā iustitiaz punitiuam culpe ipsius Ade. Inquātū vero inclinat ad pcm̄ cōtrariat legi dei: nec habet rōem legis scōm q̄ notat Tho. j. ij. q. xciij. ar. iij ad primū. Circa primā g̃ legem nature de qua hodie dño cōcedente ꝓdicatur⁹ sum: sunt videnda tria puncta principalia: viz.

Primo de ipsi⁹ legis quiditate.
Scōo de ei⁹ effectualitate
Tertio de ei⁹ mutabilitate

¶ Circa primū est notandū: q̄ lex nature dicit a natura. Triplex autem natura pōt cōsiderari in homine. Est em̄ quedā natura in homine scōz quā cōmunicat cū oib⁹ substantijs: z sic est natura generis generalissimi. Et scōm hmōi nature inclinatiōz pertinet ad legē naturalē omnia per q̄ vita hominis ꝺseruatur: z ꝓrariū impedit: ꝑm qō dicit Tho. j. ij. q. xciij. ar. ij. Quelibet em̄ substantia naturaliter appetit conseruationē sui esse: scōm modū sue nature. Da exemplum de omni creatura sensitiua vel vegetatiua que habet solum esse. Et ꝑm h̄ ꝺtinet ad ius naturale fugere mortem: appetere vitam: diligere seipsum. Et ꝑm hoc potest dici q̄ comedere, bibere, et dormire fit de hoc iure: quia pertinent ad cōseruationez sui: z multa alia similia. Et ꝑz hoc potest dici q̄ defensio sit ō iure naturali ꝑm hanc legem naturalē. Secundō est natura generis subalterni ꝑm quā communicat homo cum ceteriz animalib⁹. Et ꝑm hāc legē naturalē dicunt ea esse de lege naturali: que natura omnia animalia docuit: vt est coniunctio maris et femine: quā nos matrimoniū appellam⁹. Item ꝓcreatio z educatio filioꝝ: vt dicit iurisconsultus in. l. j. ff. de iustitia z iure. Et gratian⁹, j. di. ius naturale. Nota hic contra mulieres nolētes lactare filios suos. De quo vide Grego. v. di. ad ei⁹. Sed hic pōt fieri obiectio: quia de ratiōe matrimonij est q̄ sit ꝓiūctio maris z femie individuā vite ꝺsuetudinē retinens: vt. xxvij. q. ij. §. j. Et extra. de presump. c. illud. Inseparabilitas autē ista non est cōmunis omnib⁹ animantib⁹. Ergo matrimoniuz non est de iure naturali hoc modo. Ad hoc pōt rñderi q̄ in diffinitione predicta matrimonij ponit primo coniunctio maris z femine: z hoc est tanq̄ materiale. Secūdo ponitur individuā vē. Et h̄ est tanq̄ formale

Quantū ergo ad ꝓmū qō est materiale matrimonij est de hoc iure naturali: sed quantū ad scōm nō est de iure naturali: sz tertio mō sumptū. s. fm naturaz spēi: de q̄ iure statim dicet. Hec obstat si dicas q̄ fz hoc sequeret q̄ fornicatio est de iure naturali: z ꝓiter q̄ sit licita. Rn. q̄ licz fornicatio sit de iure naturali hoc scōo mō: tn nō oia q̄ sunt de iure naturali hoc scōo modo sumpto sunt licita: q̄ aūt fornicatio sit de iure naturali hoc scōo mō: sentit Tho. j. ij. q. xciij. ar. iij. ad scōm. Et vide glo. j. di. Jus naturale. sup verbo maris et femine cōiunctio. Tertio est ꝓsideranda in homie natura spēi quā sortit homo ex differētia: specifica: q̄ est ratio sibi ꝓpria: fm quā hō distinguit ab alijs animalib⁹: z fm hāc ad legem naturalē ptinēt ea q̄ spectant ad inclinationē hui⁹ nature: z sūt ea ad q̄ inclinatur hō ex instinctu rationis naturalis: sic q̄ veritatē cognoscāt de deo: q̄ in societate viuat: q̄ ignorantiā vitet: q̄ alios nō offendat cū q̄b⁹ cōuersari debet z̄ hmōi. vt notat Tho. j. ij. q. xciij. arti. ij. Jtem q̄ virtuose viuat: q̄ actus virtutū sunt ō lege nature: vt notat Tho. ibidem. Jtez ad hanc legē nature spectat erga deuz religio Jtem vt parentib⁹ honorem ꝓhibeamus. Jtem vt vim arcz iniurijā ꝓpulsem⁹: vt dicit iurisconsult⁹ in. l. j. §. fi. z duab⁹ legibus sequentib⁹ de iusti. z iure. Et fm hoc lex naturalis diffinit: q̄ est quedā ꝓpositō vniuersalis fabricata: p̄ actū rationis practice ad directionem actuū humanorum ordinata: z sic diffinit Aug. de ancho. super epl̄az ad Ro. vij. Vel dic q̄ lex nature est quoddā lumē intellect⁹ insitū nobis a dō in creatiōe p̄ q̄d inclinamur ad bonuz. De q̄ lumine loquit. ps̄. Signatū est sup nos lumen vultus tui dñe. Vel dic q̄ lex naturalis nihil aliud est q̄ participatio legis eterne in rationali creatura fm Tho. j. ij. q. xci. ar. ij. Hic applica. ca. decreti. z̄. Et fm hoc lex naturalis hoc mō accepta aut in nullo aut parū differt a iure gentiū. de q̄ vide Tho. j. ij. q. xcv. ar. iiij. z. ij. ij. q. lvij ar. iij. Q̄ multa gr̄a breuitat⁹ omitto: eo q̄ latiori discussione indigeāt. Circa scōm lez de legis naturalis effectu est notandū q̄ lex naturalis tertio mō sumpta (quia ō hāc sermo nobis est) habet tres effectus

Prim⁹ est circa credenda
Scōs est circa agenda
Terti⁹ est circa speranda

Circa credēda quidē: quia hac lege instruimur ad dei cognitionē: de qua lumie naturali cognoscim⁹ tria sc̄z eius potētiā/ eius sapientiā/ z eius bonitatē: que sūt appropriata trib⁹ psonis trinitatis: z consequenter naturaliter cognoscim⁹ deum esse nisi homo sit insipiens: iuxta illud. ps̄. Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Sz videam⁹ quomodo. Cape exemplum. Si tu videres pulchrū z magnum palatium: nonne cognosceres ex hoc potentiā illius qui fecit illud edificari: z sapientiā edificatoris z bonitatem illi⁹ qui illud palatium fecit ad finez hominum sc̄z habitādū: z̄. Sic hic mundus est quoddam palatium dei. Auctoritas. O israel q̄m magna est domus domini: z ingens locus possessionis eius: magnus z non habens finem: excelsus z immēsus Baruc. iij. Nota nō habens finem sc̄z quantum ad durationez. Considerans ergo homo mundum cognoscit aliquem esse eius conditorem: qui cū magna potentia condidit z sapiētia ordinauit: z bonitate gubernat illū: z hic est deus. Et hoc confirmat auctoritate sacre scripture veteris z noui testamēti. De veteri habet Sap. xiij. A magnitudine eī speciei z creature cognoscibilit⁹ poterit horum creator videri. De nouo habet Ro. j. Jnuisibilia dei a creatura mundi p̄ ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciunt: sempiterna quoq̄ virtus eius et diuitas. Hoc mō cognouerunt antiqui philosophi naturales vnum deum. cognouerūt etiā appropriata trib⁹ psonis sc̄z potentiā/ sapientiam/ et bonitatem dei. per que relucet nobis vestigium trinitatis. Non autem cognouerūt propria que sunt generatio/ paternitas: et processio: iuxta illud Apostoli. Loq̄mur dei sapientiam/ quā nemo principum hui⁹ seculi cognouit. j. Cor. ij. Principuz. i. philosophor⁹ fz glo. z ponit Tho. pte. j. q. xxxij. arti. j. Et ꝓpter hoc ratio naturalis dicitur vultus dei: iuxta illud. ps̄. Signatum est super nos lumen vultus tui domine: quia sicut per vultū cognoscit hō: sic p̄ rationē naturalē cognoscitur deus: patet q̄ primus effect⁹ naturalis circa credēda

¶ Scōs effectus est circa agenda. Nam⁹ etiā si a deo nulla data esset lex scripta sufficienter: nihilominus instruimur ab hoc lumine rōnis circa moralia p̄cepta. Nam hec lex naturalis habet quedā p̄ncipalia p̄cepta/que sunt fundamentū omniū p̄ceptoꝝ moralium: ex quib⁹ p̄ncipalib⁹ preceptis elicit quasdam ꝯclusiones imediatas/que sunt p̄cepta decalogi. Verbi gratia. Principali⁹ preceptuꝫ legis naturalis est: q̄ bonū est faciendū: ⁊ malum vitandum: ex quo p̄cepto eliciunt imediate oia alia precepta decalogi. Nam ex pte precepti: scz q̄ bonuꝫ sit faciendū: eliciuntur omnia precepta moralia affirmatiua. Ex scōa vero parte: scz q̄ malū sit fugiendum: eliciunt omnia p̄cepta moralia negatiua/⁊ sm hoc oīa p̄cepta decalogi possunt dici esse de iure naturali: q̄ sunt ꝯclusiones quedam imediate elicite a p̄mis p̄ceptis iuris naturalis: ⁊ hoc est q̄d dicit Ysido⁹rus: ⁊ habet in decretis. j. dist. in p̄ncipio. vbi dicit. Jus naturale est q̄d in lege/⁊ in euāgelio cōtinetur: q̄d verbum nō est sic intelligendū: quasi oia que in lege ⁊ euāgelio cōtinentur/sint de lege nature: cum multa tradant ibi sup̄ naturā. Sed quia ea que sūt de lege nature: plenarie ibi traduntur. Vñ cuꝫ dixisset ibi Gratian⁹: q̄ ius naturale est q̄d in lege ⁊ euāgelio continetur: statim exemplificādo subiūxit: quod quisq̄ iubet alij facere q̄d sibi vult fieri/⁊ p̄hibet alij facere/q̄d sibi nolit fieri. Hoc ponit Tho. j. ij. q. xciij. arti. iij. ad p̄muꝫ. Et ꝯcordat Gratian⁹ in decre. vj. dist. ij. his respondet. Ponam⁹ igitur in practica q̄d hic sup̄dictū ē: vlcz q̄d ex pte p̄cepti. s. q̄d bonū sit faciendū: eliciunt oīa precepta moralia affirmatiua. Et ex scōa parte scz q̄ malū sit fugiendū: eliciunt oīa precepta moralia negatiua. Lumen nāḡ intellect⁹ naturalis instruit nos/q̄ bonū est diligere illū a quo bñficia cōsequimur: et quāto magis bonuꝫ ꝯsequimur: tanto est magis diligend⁹. Et q̄ a deo recepimus bñficiū creationis: q̄d est bñficium infinitū: ideo instruimur et p̄uocamur ad ipsum deū totis viribꝫ diligendū q̄d est primum p̄ceptū morale decalogi. ¶ Scōo instruitur homo hac lege naturali: q̄ quilibet seruus debet loqui de domino suo reuerenter: quia hoc est bonū ergo faciendū. Et ex h̄ habem⁹ scōm preceptuꝫ. s. nō assumes nomen dei tui in vanū. ¶ Tertia ratio naturalis dictat homini: q̄ seru⁹ cui p̄uidetur a dño: debet eidem dño aliquod seruitiuꝫ exhibere: ⁊ ex hoc habet tertiū preceptuꝫ. Memento tē. Vnō tempe legis nature hoies ex naturali instinctu reddebant obsequia/⁊ seruitia deo sacrificando vel aliq̄d offerendo: vt patꝫ de Abel. Enoch. Noe. Abraaꝫ. Ysaac. Jacob. ⁊ multis alijs in p̄testatione dñi/⁊ in reuerentiā diuine maiestatis. Vñ dictū est supra/q̄ religio est de iure naturali. ¶ Quarta ratio naturalis dictat homini/q̄ bonuꝫ est q̄ bñ a quib⁹ beneficia accipim⁹ debeant honorari. Cum ergo a parentib⁹ accipiam⁹ esse: nutrimentū ⁊ disciplinā. ergo debem⁹ honorare parēres: ⁊ ex h̄ habet quartū preceptū. ¶ Quinta ratio naturalis dictat homini: q̄ malū est nocere alteri: ⁊ q̄d tibi nō vis fieri alijs non feceris. Vnde dicit iurisconsult⁹. Cum inter hoies cognatiōnē quandā natura cōstituit: ꝯsequens est hominē homini insidiari nephas esse. ff. d. iu. ⁊ iure. l. vt vim. Econtra dr dominus. Hec. vij. quecūq̄ vultꝫ vt faciant vobis hoies: ⁊ vos facite illis. Et ex hoc instruitur homo ad oīa p̄cepta scōe tabule negatiua: quib⁹ p̄hibet primis inferre nocumenta. Potest autē nocumentū inferri proximo circa quatuor. Primo in p̄sona propria: ⁊ q̄ hoc p̄hibet homicidiū: q̄d est quintum p̄ceptum. Non occides. Scōo in persona cōiuncta proximo/quantū ad gaganeonez prolis: ⁊ q̄ hoc p̄hibet adulteriū q̄d est sextū p̄ceptum. Non mechaberis. Tertio in rebus: ⁊ q̄ hoc p̄hibet furtuꝫ: ⁊ quelibet etiaꝫ iniusta vsurpatio rei alienę: q̄d est septimū p̄ceptum. Non furtum facies. Nam ⁊ natura equū est neminē locupletari debere cum aliena iactura. ff. de cōdi. ⁊ inde. l. Nam ⁊ natura. Quarto potest inferri nocumentū in fama: ⁊ per hoc p̄hibetur quelibet detractio ⁊ infamatio proximi/quod est octauū p̄ceptum. Non dices contra proximum tuū falsum testimonium. Potest etiam circa sextum ⁊ septimū p̄ceptum offendi nō solum opere: sed etiā cogitatione: ideo p̄hibetur ꝯcupiscentia rei alienę: ⁊ etiam rei alienę q̄ que habent nomi-

ꝛ decimū ꝓceptum. ¶ Sed hic ꝑ̄ quer icum possit offendi cordē ꝛ opꝫ ꝛtra qn̄ tum ꝑceptuꝫ. Non occides. ꝛ octauū/cur nō ꝓhibetur in decalogo ita homicidium cordis: sicut fornicatio ꝛ furtū: ꝛc. Respō deo: ſm Tho. j. ij. q. c. arti. v. ad q̄ntū. Delectatio adulterij. ꝛ vtilitas diuitiaꝝ sunt ꝑ seipsa appetibilia/inquantū habēt ratio nem boni delectabilis vel vtilis: ꝛ ꝓpter hꝰ oportuit in eis ꝓhiberi nō soluꝫ opus: sed etiā concupiscentia: sed homicidiū ꝛ falsi tas sunt ſm se horribilia: quia ꝓximus et veritas naturalit̄ amantur: ꝛ non desiderantur nisi ꝓpter aliud. ꝛ ideo nō oportuit circa ipsum ꝑcm̄ homicidij/ꝛ falsi testimonij ꝓhibere ꝑcm̄ cordis: sed solū opis. Hec Tho. Patet ergo quō hac lege naturali. i. lumine rationis naturalis sufficienter instruimur circa agenda: ꝛ hoc ꝓbatur etiā auctoritate ap̄li dicentis. Cum em̄ gentes que legem nō habent naturalit̄ ea q̄ legis sunt faciunt/ipsi sibi sunt lex: q̄ ostendunt opus legis scriptum in cordibꝰ suis. Ro. vij. Sup q̄ textu dicit glo. q̄ gentes ꝛ si nō habēt legē scriptā. s. Moysi: habēt tamē legez naturalē qua q̄sq; intelligit: et sibi sciūs est quid bonū/ꝛ q̄d malū. Hoc tex. dum dicit. In cordibꝰ suis: quia lex ista nō est scripta in lapideis tabulis: sicut lex scripture: sz in tabulis cordis humani q̄ sunt excellētiores ꝛc. vtpote capaces intellect⁹ ꝛc. Tertius effect⁹ hmōi legis naturalis est circa sperāda. Nam lumē naturalis rōnis instruit hoiem: q̄ quilibet bonus ꝛ iust⁹ dñs det retributionē suis seruitoribꝰ. Cum ergo deus sit sūme bon⁹ sapiens ꝛ iustus: sequit̄ q̄ det p̄miuꝫ suis bonis seruitoribꝰ: ꝛ penā malis cōtumacibus ꝛ rebellibꝰ. aliquin nō esset iustus nec bonus: qō est ita impossibile/sicut impossibile est deū nō esse. Cum ergo in hac vita non fiat hmōi retributio. sequitur q̄ ratio naturalis cogit nos ad credendū ꝛ sperandū/q̄ alia sit vita in qua hmōi retributio bonoꝝ ꝛ malorꝝ fiat. Patet ratio. Auctoritas habetur ꝑ Dauid. ps. Sacrificate inquit sacrificiū iustitie: ꝛ sperate in domino. Multi dicunt quis ostendit nobis bona? Signatuꝫ est sup nos lumen vultus tui dñe ꝛc. Nota multi. s. dubitātes. Dñe quis ostendit nobis bona. s. futura eterna quasi dī. Quis inde veniens renunciauit nobis/que essent illa bona. Isti quidē dubitant: sed nos habem⁹ inde certitudinez: q̄ signatum est sup nos. i. in superiori parte nostra. i. in anima: quia inferior est sensualitas. Lumen vultus tui dñe. i. lumen rationis naturalis que dicit vultus dei: q̄a p̄ ea cognoscimus deum: sicut ꝑ vultū cognoscit homo. Et ex hoc habem⁹ effectuꝫ spei/ꝑ quez letamur sperantes futura illa bona. Ideo subdit. Dedisti letitiā in corde meo. Patet ergo tert⁹ effectus legis naturalis: ꝛ est necessarius homini ad salutē: iuxta illud ap̄li. Credere oportet: accedentē ad deum quia est: ꝛ q̄ inquirētibꝰ se remunerator sit. Heb. xj. ¶ Circa tertiū: vicz de hui⁹ legis naturalis mutabilitate. vtrum scz hec lex naturalis sit mutabilis: qō Tho. tangit. j ij. q. c. arti. viij. q. xciij. ar. v. Ubi videt dicendū: quod dupliciter possumus loqui de p̄ceptis legis naturalis: siue de lege naturali. Uno modo quātuꝫ ad rōnes ipsoꝝ que sunt iste: scz vt homo ordinate se habeat ad deum ꝛ ad ꝓximū. Item quod bonū sit faciendū/ꝛ malū fugiendū: que sunt prima principia legis naturalis: vt supra dixi. Et quantū ad hoc lex naturalis est imutabilis/ꝛ indispensabilis non soluꝫ ab hoie: sed etiā a deo. Unde vt ait Ap̄lus. ij. Tim. ij. Deus fidelis ꝑmanet: negare seipsuꝫ nō potest. Negaret autē seipsum si ipsum ordinem sue iustitie auferret: cū ipse sit ipa iustitia: ideo in hoc deꝰ dispensare nō pōt: vt hoi liceat nō ordinate se habere ad deū: vel nō subdi ordini iustitie eiꝰ/in his in quibꝰ scōm se homines adinuicē ordināt. Scōo mō possumus loqui de lege naturali: ꝛ p̄ceptis eiꝰ quantū ad ꝓba: siue quantū ad ꝛclusiones elicitas ex primis ꝑncipijs legis naturalis: q̄ ꝛclusiones ꝛtinent in p̄ceptis decalogi: ꝛ quantū ad hoc pōt quidē deus dispensare: ꝛ etiā vrens iure ꝛ auctoritate dei: sicut princeps: aliter tamē ꝛ aliter. Unde⁹ dispensare pōt. circa p̄cepta legis naturalis siue subsit causa extrinseca: siue nō. Puta q̄ occidatur hō siue sit nocens/siue innocens: vt ptz de Abraam. Gen. xxij. Ratio q̄: cū voluntas dei sit regla būanoꝝ actuū principalit̄ directiua: ideo illud dicit bonū ꝛ iustū q̄ deo placet. Et ideo occidere

hoiem innocentē ex volūtate dei iustū est
z bonum: pserim ea rōne: qz etiā innocēs
hō est debitor mortis ꝓpter pcm̄ originale: que quidē mors diuina prāte inducit:
fm illud. j. Reg. ij. Dñs mortificat z viuificat z Deut. xxxij. Ego occidā z ego viuere faciā. Sic etiam excusat Sāson ab homicidio: z Jacob a mendatio: vt habet in
c. Gaudemus. extra. de diuortijs z. xxij.
q. v. Si non licet: et. q. viij. Occidit. Sic
etiā dispensauit deus in furto: qñ filij isrl
el precepto dei tulerunt egyptioꝝ spolia.
Exo. xij. Nam illud ꝓprie nō fuit furtū:
qz illa spolia debebant filijs ex voluntate
dei, cuj est terra z plenitudo ei⁹. Furtuz
aūt est ꝓtrectatio rei aliene inuito dño. ergo nō fuit furtū fm Tho. Sed etiā si dicerem⁹ furtū fuisse nō fuit pcm̄ ex eo: qa
volūtate dei fuit factuz qui est legislator.
Eius autē est tollere cui⁹ est cōdere: vt in
ca. Oēs res. de reg. iurꝫ. z in. l. Nihil taz
naturale. ff. e. Sic etiaz deus dispensauit
in fornicatiōe Osee: qui accessit ad yxorē
fornicariā/vl ad mulierē adulterā: nō eīm
fuit mechatus vel fornicatus: qz accessit
ad eam q̄ sua erat fm mandatū diuinū: q̄
est auctor institutōis mr̄imonij: fz Tho.
ij. ij. q. cliij. ar. ij. ad scōm. Vel etiā si dicamus fuisse fornicationē/tamē nō fuit peccatū. imo virtutis actus ex q̄/ex voluntate dei facta est: ꝓ rationē supadictā. Pz
ergo q̄ deus pōt dispensare in pceptis decalogi/siue subsit aliqua causa extrinseca:
puta delictum: siue nō: qz voluntas diuina est sufficientissima/et iustissima causa
dispensandi: qz quod principi placuit legz
habet vigorē. l. j. ff. de cōsti. princi. Homo
aūt fungens auctoritate dei sicut sunt plati/potest quidē dispensare data causa extrinseca: puta delicto vel alia hmōi: iuxta
illud Apli. ij. Cor. ij. Nam z ego q̄ donaui/siquid donaui ꝓpter vos in psona christi/
sti zc. Et alibi dicit. Christi legatiōe fungimur. Et Rom̄. xiij. Non est potās/nisi a
deo. z infra. Itaq̄ qui potestati resistit dei
ordinatiōi resistit. Et habet. xj. q. ij. Qui
resistit. nec sufficit volūtas plati. Vñ nō
posset alicui pceptū ecclīastic⁹ vel tpalis
dispensare/q̄ hō innocēs occidat. Vñ lex
dr: q̄ sanctius est impunitū relinqui facinus nocētis/q̄ innocentē condēnare. l. ab
sentē. ff. de penis. Vñ Aug. ad bonifaciū:
z hz in decretz. ix. di. Quicūq; imperatoꝝ
legibꝰ/q̄ ꝓ veritate fuerūt obtēperare nō
vult acq̄rit grande supplicium. Quicūq; ergo imperatoꝝ legibꝰ q̄ ꝓtra dei voluntate
ferunt obtēperare nō vult/acq̄rit grande
premiū. Pōt ergo pnceps dispensare vel
statuere/qō hō occidat pro delicto: nec
tunc ꝓprie dicit mutare statutū legis naturalis: qz vt dic̄ Tho. vbi. s. Occisio hois
phibet in decalogo/put habet rōnez indebiti. Vñ iudex q̄ occidit latronē: vl miles
q̄ occidit hostē rei publice/nō appellāt homicide: vt Aug. dr in li. de liberoarbitrio
nota. Tho. j. ij. q. lxxxviij. ar. vj. ad tertiū.
Sic g̃ in dispensatiōe pncipis/reqrit causa legitima: alis nō dicit dispensatio/sz dispatio: vt notāt canonistē in. c. De mulcta. de prebē. z. j. q. vij. Reqrentis. §. Nisi
rigor. iuristē ō hac materia vtrū. s. pnceps
possit tollere vl rescribere ꝓtra legē nalez
tractāt in. l. rescꝑta. C. de precibꝰ imperatoꝝ offe. z in. l. fi. C. si ꝓtra ius. vl vtili. pu. Canonistē vero. vj. di. §. his tra.

De lege scripture. Ser. ij.

Sic currite vt
cōprehendatis. j. Cor. ix. Sedz
tur predicare ō lege scripture q̄
incipit a Moyse: zcurrens tū cū ꝑma lege. s. nature. De hac ergo lege scripture: occ
currūt videnda tria hodie.

Primo de eius exigentia z necitate.

Scdo de pceptoꝝ eius differentia et
pluralitate.

Tertio de ei⁹ excellentia z nobilitate.

De mutabilitate aūt coꝝ. i. vtrū possit
dispensari in pceptis moralibꝰ: vide supra
fmo. primo pre. iij. ¶ Circa ꝑmū q̄ nota
q̄ rō qre lex scripture. i. mosayca fuit necessaria est: qz licz lex nake fuerit ō sufficiens ad instruendū hoiem/de credendis
agēdis z sperandis: vt dixi. s. tū fuit multū illa lex nature postea obscurata depraua
ta/z vitiata p legē zcupiscentie q̄ erat i membris nr̄is: ꝓpter qō indiguit hō alia lege instruente q̄ fuit lex Moysi. Fuit aūt lex nature obscurata p legē zcupiscentie in oibꝰ
illis effectibꝰ: de quibꝰ dictum est supra,

¶Primo quidē in credēdis. Nā licet hō lumine rōnis naturalis: siue legis nature manuducak ad cognitionē deitatū in tm̄ in naluit ꝛcupiscentia hūana/vt obrenebra/ret lumē illud in tm̄/q̄ venerunt hoies ad magnos ꝛ diuersos errores ō deo. Quidā em̄ dixerūt/q̄ nō erat deus. ps. Dixit insi/piens in corde suo nō est deus. Quidā po/suerūt plures deos: ꝓpter qō fere totus mūdus/hoc errore seductus declinauerat ad idolatriā: ꝑsertim tempe Abrae. Qui/daz etiā adorabāt solem/quidā lunā/qui/dā ignem ꝛ aquā/quidā ligna/quidā lapi/des/quidaz cepas/ꝛ allia/vt egyptij. Ps. Simulachra gentū argētū ꝛ aur. Qui/daz etiā adorabāt anseres/vt romani. De quib⁹ Aug. in. ij. de ciui. dei. c. xxij. Quidā vero dixerūt esse deū: sed nullā ꝓuidentiā habere circa creaturas. Quidā vero dixe/runt inco:ruptibilia/ꝛ supiora regi diuīa ꝓuidentia: sed nō inferiora co:ruptibilia: ꝑsertim actus hūanos ex liberoarbitrio ꝓ cedentes: ex quor ꝑsona ō:. Job. xxij. Nu bes latibulū ei⁹ circa cardines celi pam/bulat/nec nostra ꝓsiderat. Jrē Boeti⁹ lo quēs ad dēm in ꝑsona istor dicit. Omnia recto fine gubernas. Hoim solos respuis actus. Iste error ē maxim⁹: qz tolleret iu stitiā dei/ꝛ miseōiam. Jrem tolleret ꝓmu/tem ꝛ vitia. Jrē paradisum ꝛ infernū/cō tra qō dicit Aplus Heb. xj. Oportet ac/cedentē ad deū credere qz est: ꝛ q̄ inqrenti bus se remunerator sit. Quidā vero erra/uerūt circa creationē mundi. Nam multi dixerunt mundū ab eterno factū/ꝛ in eter num duraturū. Quidā vero circa anime durationē. nā dixerūt animā esse mortalē cū corpe. In quor ꝑsona dicit Salomon Unus interit⁹ est hois/ꝛ iumentor ꝛ eq̄ virtusq̄ ꝓditio/sic mort hōr: sic ꝛ illa mo/riunt. siliter spirant oīa: ꝛ nihil habz hō iumēto ample⁹. Eccl's. iij. Jrem. Sap. ij. Dixerūt impij cogitātes apud se nō recte. Exiguū ꝛ cū tedio est tēpus vite nostre: ꝛ nō est refrigerū in fine hois: ꝛ non est q̄ agnit⁹ sit reversus ab iferis ꝛc. Et ps. xiij Multi dicūt q̄s oñdit nobis bona. Ulde ꝙ quantū obscuratū fuit lumē rōnis natu ralis: ꝛ depressuz ꝓ tenebras ꝛcupiscētie. Oportuit ꝑ q̄ hō illuminaret alio lumie ne diuino ad tollēdos errores ꝑdictos. Jō diuina, puidētia ex miseōia sua/ne homo deuio erroze laberet: ꝓmulgauit legē scri/pture: ꝓ quā manifeste declarauit ee vnū deū creatorē ꝛ puisorem tot⁹ vniuersi di. Jn ꝓncipio creauit deus celū ꝛ terraz ꝛc. Que verba licet nō sint de lege moysi: ta/men a Moyse ꝑphice plata fuerūt. Jtem Deut. xxxij. Uidete q̄ ego sim sol⁹/ꝛ non sit alius deus ꝓter me. Jtē eiusdē. vj. Do minū deū tuū adorabis/ꝛ illi soli seruies. Dando etiā legē scripture: oñdit deus q̄ ipe habeat puidentiā non solū supior creaturaz ꝛ celestiuz/sed etiā inferior: decla rauit etiā animā esse imortalē. patet ergo ꝙre fuit necaria lex scripture circa credēda.

¶Scōo obscuratū erat lumen legz natu ralis circa agenda. Jntantū em̄ ꝓualebat lex ꝛcupiscentie in membris hoim/q̄ nō ꝓ mittebat hoiem dirigi/sm legem nature. Ulñ ad oīe genꝰ vitioz plapsus erat hō: ita q̄ homo ꝛtrariū legz naturalis/vt plu rimū faciebat. Et iō vt nequā seruus con tumacik rebellabat: licet lumē legis natu ralis ꝛtrariū suaderet. Ulñ apls. Conde/lector em̄ legi dei: sm interiorē hoiem: vi/deo aūt alterā legē in mēbris meis repug nantē legi mentis mee/ꝛ captiuantē me/ in lege pcti: que est in mēbris meis. Ro. vij. Plus dico: qz in tantū etiā obscuratuz fuerat lumē legz naturalis/siue rōnis na/turalꝰ: q̄ apud germanos olim latrocinū non reputabat iniquum: cum tamē sit ex/presse contra legem nature: vt dixi supra: vt refert Julius Cesar in libro de bello gallico. Et refert Thom̄. j. ij. q. xciij. art. iij. Sic etiam nec ꝛcupiscentia mala cre debatur esse peccatū. Unde Ro. vij. Pec catum non cognoui/nisi per legem. Nam concupiscentiā nesciebam: scilicet esse pec catū/nisi lex diceret/non cōcupisces. Fuit igitur necessaria lex scripture ad illuminā dum hominem circa cognitionem pecca/ror/et ad coercendum ipsum a peccatis: quod ipsa lex facit dupliciter. ¶Primo penam adijciendo. Unde deus dedit du/as tabulas lapideas Moysi/in quibus erant scripta decē precepta: et statim post precepta subiunxit penam transgressio/nis: quia tempore legis nature non erat pena imposita transgressori legis. Unde Rom. v. Usq̄ ad legem enim peccatum

erat in mundo: peccatū autē nō imputa/
batur cū lex nō esset. vbi dicit Glo. q̄ qui/
dam peccata esse nesciebāt: oia vero apō
deum impunita esse putabāt. Et ī post
legem scriptam de decem p̄ceptis statim
subiunxit penaz transgressoꝛi dicēs Exo.
xxij. Qui immolat diis occidet. z supra. ma
leficos nō patieris viuere ⁊c. Item Exo.
xxj. Qui p̄cusserit hominē volens occide/
re: morte moriat: z sic in ceteꝛ culpis. Nā
p̄ transgressiōe cuiuslibet p̄cepti apposita
est pena in lege scripture: qz seruus contu/
max metu pene a culpa est coerced⁹. Un
Gal. iij. Lex p̄ter transgressoꝛes posita ē:
p̄terea lex illa Moysi vocat lex seruoꝛuz.
In cuius signū quando lex illa data fuit
audita sunt tonitrua: et visa sunt fulgura
z totus mons fumi gabat: p̄ quod filij
Israel timuerūt valde. Et steterūt p̄cul di/
centes Moysi. non loquet nobis dominꝰ
ne forte moriamur. z ait Moyses ad po/
pulum: vt p̄baret vos venit dñs: z vt ti
moꝛ illi⁹ esset in vobis z nō peccetꝭ. Exo.
xxij ¶ Scdo coercuit lex hominē a pecca
tis bona tꝝalia p̄mittendo: vt patz Esa. j.
Si volueritis z audieritis me: bona terre
comedetis. z exp̄ssi⁹ habet Deut. xxviij
Patet ꝫ quō fuit necessaria lex scripture
circa agēda. ¶ Tertio obscurata erat lex
nature circa sperāda: que obscuritas conse
quitur ex prima: qz si nō cognoscebāt nec
credebant deū vel puidentiā diuinam cre
debant nullā esse/cōsequenter nullaz bea
tam vitam sperabāt: Oportuit ergo dare
legem q̄ instrueret eos de alia vita: z licet
hoc exp̄sse nō habeat in lege Moysi: sed
sub velamine figure: tñ exp̄sse habet in
p̄betis veteris testamenti p̄sertim Dani
elis. xij. Multi de his q̄ dormiūt in terre
puluere vigilabūt: alij in vitaz eternā: alij
in obp̄obriū: vt videat semp ⁊c. Patet ꝫ
quare fuit necessaria lex scripture: sed re/
stat vna dubitatio: quare nō ante Moy/
sen fuit data lex: vel statim post peccatuz
cū iam homines coꝛrupti z damnati erant
per cōcupiscentiā: ois quippe caro coꝛru/
perat viam suam: vt dicit Gen. vj. Rñ.
Sicut in naturalib⁹ nulla forma imprimit
in materia: nisi pri⁹ materia sit dispositā:
z sic in moralib⁹ nullum bonū/nulla gra/
tia diuina datur homini: nisi cōueniēter
dispōsito. Ad dispositionē aūt doni diui/
ni/vel gratie recipiende: p̄cipue requirit
humilitas: iuxta illud Jac. iij. Deus sup
bis resistit: humilib⁹ aūt dat gratiam. ps.
Bonuz mihi dñe: quia humiliasti me: vt
discam iustificatiōes tuas. Et alibi. Cu/
stodiens paruulos dñs humiliat⁹ sum et
liberauit me. Oportuit ꝫ q̄ ad hoc vt hō
aptus esset/z dispositꝰ ad legem diuinam
recipiendā: q̄ cognosceret defectū suum: z
ex hoc humiliaret: homo aūt supbiebat de
scientia quare ratio naturalis posset ei suf
ficere ad salutē. Et ideo vt de eius supbia
cōuinceret p̄missus est homo regimini sue
rationis: ablq̄ adminiculo legis scripture:
experimento didicit tandē q̄ patiebat ra/
tionis defectuz: p̄ hoc q̄ homines vsq̄ ad
idolatriā z turpissima vitia circa tempora
Abrae sunt ꝓlapsi. Et ideo post hec tēpa
fuit necessariū legem dari in remediū hu/
mane ignorantie: qz per legez est cognitio
peccati: vt dicit Ro. v. Et hec ratio p̄tinet
ad malos homines et supbos. Ex p̄e bo
bonozum lex scripture data est in auxiliū:
quod quidē: tunc primo maxime necessa/
rium fuit q̄n lex naturalis obscurari incipi
ebat p̄pter abundantiā z̄ruberantiā pec/
catoꝝ circa tꝝa Abrae: vt dixi. Et hāc ra
tiōz tetigit Tho. ſ. ij. q. xcviij. ar. vl. ¶ Circa
scōm. ſ. de p̄ceptoꝝ differentia z pluralita
te notandū: q̄ in lege scripture. ſ. mosaica
triplex p̄ceptorū distinctio inuenit fm q̄
tangit Tho. j. ij. q. xcix. ar. iij. Et Gratia
nus in decre. vj. dist. §. his ita. Quedam
em̄ p̄cepta sūt moralia: quedā cerimo/
ses populo. Deut. vj. Hec sūt p̄cepta z ce
rimonie atq̄ iudicia q̄ mandauit dñs de/
vester ⁊c. Precepta antonomastice dicunt
moralia. Pro istoꝝ ꝫ preceptorū itellectu
z declaratiōe est notandū fm Tho. q. vbi
supra. ar. iij. q̄ ad legem diuinā pertinet
vt ordinet homines ad inuicē z ad deuz.
vtrūq̄ aūt horū in cōmuni quidez p̄tinet
ad dicta legis nature: ad q̄ referunt mo
ralia p̄cepta. Sz oportet q̄ determinet
p̄ legem diuinā vel humanā: z hec determi
natio p̄tinet ad p̄ceptū cerimoniale. Sic
etiā honozare parentes z nō occidere ho
minē: z nō facere furtum: non mechari: z
hmōi sūt indita homini ex dictamine legis

naturalis vt supra dictum est. Item inditum est homini ex eadem lege naturali: q̄ transgressio p̄dictoꝝ preceptorum debent puniri: sed determinare qualis pena & q̄nta sit inferenda trāsgressori: nō statim occurrit homini ex dictamine legis nature siue rationis naturalis: sed oportet q̄d determinet a legislatore deo vel homine: & pertinet ad preceptuꝫ iudiciale: puta siqs furat vnā ouem reddat q̄ttuor: siquis maledixerit patri vel matri morte moriatur. Determinatio q̄ communis precepti d̄ cultu diuino fit p̄ p̄cepta cerimonialia. Determinatio vero cōmunis precepti de iustitia seruanda inter hoies fit p̄ precepta iudicialia. Et sm hoc oportet predicta tria legis precepta ponere: scz moralia: q̄ sunt de dictamine legis nature. Cerimonialia que sūt determinatōes cultus diuini: & iudicialia q̄ sunt determinatiōes iustitie inter homies obseruande. Vñ cum Apostolus dixisset Ro. vij. q lex est ita: subiunxit q̄d mandatū est iustum & sanctū et bonū. iustum quidē quantū ad iudicialia. sanctum ad cerimonialia. Nam sanctuꝫ dicit q est deo dicatum: bonū vero honestū quantū ad moralia sm Tho. vbi supra. Dicūtur autem cerimonialia quasi munia: id ē dona Cereris que dicebatur dea frugum vt quidam dicunt: eo q primo ex frugib⁹ oblationes deo offerebant: siue vt Valeri⁹ maximus refert: nomen Cerimonie introductum est ad significandū cultum diuinum apud latinos: a quodam oppido iuxta romam quod cerete vocabatur: eo q roma capta a gallis illuc sacra romanoꝝ allata sunt & reuerentissime habita sm q refert Tho. j. ij. q. xciij. arti. iij. Est autem notandū: q quia quadruplicē differentiā inuenio inter moralia p̄cepta ex vna pte: & cerimonialia & iudiciaria ex altera. Prima differentia est quia moralia habēt vim obligandi ex ipso dictamine rationis. Vñ pertinēt ad legem nature vt dixi supra sermone proximo. parte. ij. Et dicunt moralia: eo q a ratione dicunt mores humani. Cerimonialia autem & iudicialia habent vim obligandi ex sola institutione diuina vel humana: quia in se cōsiderata non habent absolute rationem debiti vel indebiti: sed habent vim obligandi ex sola institutione diuina vel humana vt dixi: & satis habetur ex supradictis. Et hanc differentiam ponit Tho. j. ij. q. ciij. arti. j. Secunda differentia ē: quia p̄cepta cerimonialia ordinant homines ad deum tantū: iudicialia vero ad hominem tantū: iz moralia ad vtrūq⁹. Ex hac ergo scōa differentia & prima. Nota q in duobus cōsistit ratio cerimonialium preceptorum & etiā iudicialium. Nam ratio cerimonialiū consistit. Primo vt pertineant ad ordinationem hominis ad deum. Secundo vt non habeant vim obligandi ex sola ratiōe: sed ex sola institutione. Sic etiam ratio iudicialium cōsistit Primo vt pertineāt ad ordinationē hominū ad inuicem. Secundo vt habeant vim obligandi nō ex sola ratione: sed ex institutiōe sm Tho. vbi supra.

Tertia differentia est. quia p̄cepta moralia: scz decalogi. deus per seipsum dicit populo. ꝓposuisse. Exo. xx. Alia vero precepta proposuit populo p̄ Moysen. Hanc differentiam ponit Tho. j. ij. q. c. arti. iij.

Quarta differentia est: quia p̄cepta moralia. s. decalogi fuerunt data a deo in tabulis lapideis scriptis digito dei. In quarum prima continebant tria precepta pertinentia ad cultum dei. In secūda ꝓ continebant septem precepta pertinentia ad proximum. Sed nō sic fuerunt data cerimonialia & iudicialia: & hoc in signuꝫ q nō erant tantū duratura quantū moralia: vt infra clarius apparebit. Quinta differentia potest addi: quia p̄cepta moralia nō erant figurativa: sed erant tm̄ intelligenda sm litterale sensum. Sed cerimonialia & iudicialia erāt figurativa et ymbratica veritatis in nouo testamēto manifestande: sed aliter & aliter: q cerimonialia principaliter figurabāt: nō sic iudicialia. vide infra sermone. v. parte. ij. Vlterius notandū: q cerimonie veteris legis dividebant in quatuor. s. sacrificia/sacra/sacramenta/ & oblationes. Pro cui⁹ declaratione est notandū sm Tho. j. ij. q. ci. ar. iij. q cerimonialia p̄cepta ordinant ad cultū dei. in quo quidem cultu cōsiderari potest & ipse cultus & colētes: & instrumēta colendi. ipse autē cultꝰ specialiter consistit in sacrificijs que in dei reuerentiā offerunt: ꝺ quib⁹ Leuiti. xv. Offerat vitulū

ꝛ sacrificia eiꝰ ad libamenta vt cerimonie eius postulent. Instrumēta autē colendi ptinēt ad sacra: sicut est tabernaculum ꝛ vasa: ꝛ alia hmōi. de quibus Exo. xxxviij. Hec sunt instrumēta tabernaculi testimonij ꝛ cerimonie leuitarū. Et parte autem colentium duo possunt cōsiderari: scz eoꝝ institutio ad cultum diuinum: quod fit p quandam consecrationē/ vel populi vt ministrorum: ꝛ ad hoc pertinent sacramēta. Puta sacramentū ordinis. De quo Leuit. viij. Hec est vnctio Aaron et filiorum eiꝰ in cerimonijs ꝛc. Et iterum potest cōsiderari eorum singularis cōuersatio p quā distinguūtur ab his qui deum nō colunt. Et ad hoc pertinent obseruantie: puta in cibis ꝛ vestimentis: ꝛ alijs huiusmodi: de quibus dicitur. iij. Reg. ix. Si auersi fueritis non sequentes me: nec seruantes cerimonias quas ꝓposui vob ꝛc. ſm Tho. Multa etiam alia circa cerimonialia. vide per Tho. ſ. ij. q. cij. per totam. Et de iudicialibus et multa per eundem ibidem. q. ciij. ꝛ q. cv. Que gratis dicuntur ꝛ nitro. Predicta etiam omnia si referenda sūt dimitto arbitrio predicantis qui debet cōsiderare qualitates audientiuꝫ/ temporis cōmoditatem. ¶ Circa tertiā partem notandum: q accipiendo legem scripture p lege veteri ꝛ noua scripta. Nam et lex noui testamenti quantū ad litteram dicitur lex scripture. Unde super illud. ij. Cor. iij Littera occidit: spiritus autem viuificat. Augu. exponēs dicit. per litteram intelligitur quelibet scriptura extra hominē existens etiam moralium preceptorum quālia in euangelio continentur. Accipiendo ergo legem scripture hoc modo. Nota q lex scripture siue scientia legis diuine excedit omnem aliam scientiam in septē. Primo in causa efficiente. Secundo in causa materiali. Tertio in causa formali. Quarto in causa finali. Quinto in profunditate. Sexto in sensuum multiplicitate. Septimo in dignitate. De quibus omnibus ad presens omitto. Sed vide in sermone quodam: qui incipit. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes ꝛc. Ad predicta etiā facit qō notat Nicolaus de lyra in prologo super bibliā: qui incipit. Hec omnia liber vite. Deo gratias. Amen.

¶ Mūquid christus seruauerit legem scripture. Sermo. iij.

Sic currite vt cōprehendatis. j. Cor. ix. Sūp sermone proximo visum est de lege scripture in generali. Nunc videndum est de eadem lege vnuꝫ dubiū. Numquid scz christus seruauerit legem scripture: scz Moysi. In quo dubio duo videnda sunt. Primo: vtrum christus seruauerit legem scripture quātū ad ꝑcepta moralia. Secūdo: vtrum seruauerit eandē legem quātū ad cerimonialia. De primo hodie videndum est. De secundo insequenti sermone.

Circa primū ergo premittendū est pro introductiōe materie predicande q̄d christus venit in hunc mundū nō solū vt nos redimeret sanguine suo pretioso: ſz vt nos de veritate instrueret: sicut ipse dixit coram Pilato positus. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundū vt testimoniū perhibeam veritati. omnis qui est ex veritate: audit vocem meam. Joan. xviij. Instruxit autē nos de veritate nō solum verbo loquendo ꝛ docendo: sed etiā facto exemplo operando ꝛ virtuosissime ꝛuersando. Joā. xiij. Exemplū em̄ dedi vobis: vt quemadmodū ego feci vobis: ita ꝛ vos faciatis. Fecit em̄ christꝰ sicut mgr et doctor: nam nō sufficeret si mgr solum verbo instrueret discipulū nisi exemplo ꝛc. Exemplum de pictore ꝛc. vel de carpentario/ barbitonsore ꝛc. Volens igit christus nos docere virtutes voluit ipse non solum verbo: sed etiā exemplo monstrare: patz ō penitētia. ieiunio ꝛc. Sic de humilitate ꝛc. sic de patientia in passiōe ꝛc. nullus q̄ potest se excusare ꝛc. Sicut si rex iret humiliter ad ecclesiam ꝛc. Nota de Cesare qui nunciō dicebat: eatis ad bellum: sed eamus ꝛc. Nota hic contra predicatorē qui docet populū verbo ñ exemplo: cū (vt ait Gregō. ma gis moueant exempla quā verba ꝛc. Voluit ergo christꝰ docere nos ꝛ verbo ꝛ exemplo esse obedientes. Nihil em̄ docuit nisi ꝓ ius exemplo instrueret: nā vt dicit Actus j. Cepit Jesus facere ꝛ docere. Voluit q̄ christꝰ nos instruere verbo ꝛ exemplo ad implendū diuina precepta in dece

logo scripta. verbo quidez cū dixit. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. Matth. xix. Exemplo autē ipsa precepta p seipsum implendo. nam vt ipse ait. Nolite putare: quoniaz veni soluere legem aut pphetas. non veni soluere: sed adimplere. Mat. v. Videam⁹ igitur quomodo ipse moralia precepta seruauit. Primū ergo preceptū est. Ego sum dom⁹ deus tuus: non habebis deos alienos coraz me. Exo. xx. Et quo mandato habem⁹ q debemus solum vnum deū adorare. Item q nō est exhibēdus honor aliquis demonib⁹. Istud preceptum seruauit christ⁹ bis sicut habem⁹ in euangelio. Primo quādo tentat⁹ a diabolo dicente tibi. Hec oia tibi dabo si cadens adoraueris me. Resp̄dit. Vade sathana: scriptū est em: dominū deum tuum adorabis z illi soli seruies. Matthei. iiij. Dic hystoriā totam si vidctur. Scō seruauit hoc preceptū. nam cum christus p̄dicaret per iudeam dicens se esse messiam z saluatorem pmissum in lege Judei nolluerunt credere sibi. Ratio quia capit putabant z adhuc expectāt q messias esset venturus cū magna potentia z diuitijs: cū tñ contrariuz habeatur in pphetis presertim Zacha. ix. Exulta satis filia sion: tubila filia hierusalē. Ecce rex tu⁹ venit tibi iust⁹ z saluator ipse pauper zc. Videntes ergo christum esse pauperem nolluerūt ei credere primo postq̄ Joan. baptista dixit. Ecce agnus dei. Joan. j. Dixerunt iudei. nolumus hunc regnare super nos. Lu. xix. In diebus ergo illis: demones in corporibus humanis clamantes dicebant z affirmabant christū esse filium dei z messiaz z saluatorem mundi. audiētes autem iudei dicebant. Q messias debet esse iste: credentes magis demonib⁹ quam christo: sz christus non sinebat ea loqui. Unde dicitur Luc. iiij. Exibant autem demonia a multis clamantia z dicentia: quia tu es filius dei z increpans non sinebat ea loqui. Uñ dicitur Luc. iij. Quia sciebāt ipsum esse christum nō quidem certitudinaliter. Ut. j. Cor. ij. Quem nemo principū huius seculi cognouit. Si em cognouissent nūq̄ deum glorie crucifixissent. quod ergo dicebant. j. per suspitiones. i. suspicabātur: sicut dicit glo. sup Mat. j. c. Sed diceret etiam aliquis quare christus nō permittebat hoc: ex quo dicebat veritatē z forsitan omnes iudei fuissent conuersi? Rñ. vt seruaret legem/nec volebat p̄ saluatione hominū vti ministerio demonum: tum quia idigni sūt h̄ ministerio: tum qz quācūcūq̄ dicāt demones veritatē: tamē oia faciunt ad finem mēdacij. Item vt falsa admixtē tes veris incautos corrumperent: vt dicit glo. quia mendax est: z pater eius. Joan. viij. Et quo modaliter instruimur q etiaz p̄o veritate inquirēda: puta p̄o repetēda fortuna vel p̄ scientia acquirenda vel p̄ sanitate recuperāda: vel p̄o alia re obtinēda: nō debemus auxilio demonū vti. alioquin transgredimur istud preceptū. Contra hoc faciūt illi qui recurrūt ad magos p̄o p̄dictis vel aliis hmōi zc. Dic vt expedit. Patet ergo quō christ⁹ seruauit primū preceptum. Ideo dicit: nō veni soluere legem: sed adimplere. Mat. v. ¶ Secundū preceptū est. Non assumes nomen dei tui in vanum. Nec em̄ habebit insontem dñs eum qui assumpsit nomen dñi dei sui frustra. Exo. xx. Per hoc precipitur reuerentia nominis dei. H̄ fuauit chr̄s dupliciter Primo: quia quando volebat aliq̄d dicere non iurabat nisi per aduerbium amen. Et quādo volebat illa affirmare duplicabat dicendo bis amen amen zc. Ut dicit Joā. solus. Et sic etiā verbo instruxit dicens. Audistis q̄ dictum est antiquis nō periurabis. Reddes aūt domino iuramēta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino z. j. sit aūt p̄mo vester est est: nō nō q aūt his abūdāti⁹ est a malo est. Mat. v. Nota contra illos qui p̄o minima re iurant zc. Sic ergo deberis instruere filios vestros zc. Scō: qz quando interrogatus a Caypha dicente. Adiuro te p̄ deum viuū: vt dicas nobis si tu es chr̄s filius dei. Mat. xxvj. Tūc chr̄s q̄ ante tacuerat: iz sciret ex responsiōe sua se mortē incursurū: tamē ad reuerentiā nois dei respondit dicens. Tu dixisti: verūtñ dico vobis amodo videbitis filiū hois sedentē a dextris virtutis dei z venientē in nubib⁹ celi zc. Ibidē. Exemplū habem⁹ hic q delato iuramento dz hō a iudice interrogat⁹ dicere veritatez etiā si mortē sit incursur⁹ exemplo christi. alioq̄n grauiter peccat: vt vr Tho. ij. ij. q.

lxix.ar.j. multo magis debet dicere veritatem in causa alteri⁹, alioquin peccat mortaliter/ z debz tribus q̄dragesimis penitere vt dz.xxij.q.v.c. Siqs coact⁹. ¶ Tertiuz preceptū est. Memēto vt die sabbati sanctifices. Exo.xx. Istud p̄ceptum seruauit chr̄s a pueritia sua. Nam cū p̄gine matre z cū Joseph: ibat ad templū de nazareth vsq; in hierusalē. Auctoritas. Cum esset Jesus annoz duodecim ascendentib⁹ parentib⁹ ei⁹ hierosolymā sm̄ z̄suetudinem diei festi z̄c. Lu.ij. De hoc aūt p̄cepto: q; partim ē mozale partim cerimoniale: quō chr̄s fuauerit latius dicē.j. sermone primo. Nota hic contēplationez: ac si loq̄remur cū virgine itinerante ad templū cuz frigoze z pluuia. O virgo gl'iosa z tu nōne es templū dei excellenti⁹ illo z domus spūssancti/dom⁹ pudici pectoris templuz repente fit dei excellenti⁹ illo.ps̄. Sanctificauit tab̄r. suū altissim⁹: z christ⁹ etiaz fili⁹ yester nonne est templū? Jo.xij. Hoc aūt dicebat de tēplo corpis sui. Respōdis/set virgo Maria cum filio/verū est: sed h̄ facimus ad exemplū christianoz z̄c. Dic vt expedit. ¶ Quartū p̄ceptū est. Honora patrē tuū z matrē tuā/vt sis longeuus sup terrā. Exo.xx. Istud p̄ceptum adimpleuit chr̄s. Dic practice: q; cū ꝓgo z Joseph habitarēt in Nazareth/nō legit q; haberēt aliquā ancillā/nec famulū z̄c. Et tamen certū est q; indigebāt seruit⁹ modo quis credit; seruiebat eis: Interrogem⁹ Lucā. O Luca quis seruiebat: Respondit/descendit cū illis: sz de hierusalē z venit in nazareth: z erat subdit⁹ illis. Lu.ij. Et sic clare habet; q; ipse christ⁹ seruiebat: imo etiā ipse hoc dicit. Filius hois nō venit ministrari/sed ministrare. Matth.xx. Cū ergo chr̄s esset decē vel duodecim annoz seruiebat in domo. Et singularit̄ dicā vobis vnū/qō refert magist̄ historiarū scholasticaz. s. q; chr̄s de fōre nazareth portabat aquā. Si contēplando interrogem⁹ chr̄m. O dñe z vos portatis: z̄c. Et quare nō p̄cepit; angelo Michaeli vel Gabrieli z̄c. vl aliq; angelo: Respondisset. Ut dem exemplū aliis p̄cipue chr̄ianis obedire parentib⁹. ¶ Sed restat mō vna questio. Nam videt q; chr̄s ꝓtrariū dixerit. Dic practice: quō christo p̄dicante multi veniebant post eum quib⁹ dixit. Quid vultis: Dñe volum⁹ sequi te vt audiam⁹ verba tua z sermones tuos z̄c. Quib⁹ dixit. Siquis venit ad me z nō odit patrez suū/z matrē/z vxorem/z filios/z fratres z sorores. Adhuc aūt z animā suā nō pōt me⁹ esse discipulus. Lu.xiij. Respondeo q; auctoritas ista loquit̄ de parentib⁹ malis: qui debent haberi odio/hoc modo: vt non obediat eis. Vbi nota. q; tria sunt distinguēda: quedā sunt iusta z honesta que pater p̄cipit: z in his debet filius obedire parētib⁹: quedā iniusta z inhonesta: z in his debet nō obedire: imo habere odio effectu: z nō affectu. ps̄. Perfecto odio oderam illos. Et hoc vult Glo. ibi. Und⁹ sup verbo. Non odit. dicit glo. in quātū in dei itinere obsistit: z infra sup verbo. Et frēs Glo. simul odisse possumus: z amare nob cognatiōe z̄iūctos, diligere ex dei p̄cepto, odire illos q; in via dei aduersant. Et vt h odium non de affectione: sed de charitate videat; p̄cedere/subdit. Adhuc aūt z animā suaz. i. animalitatē. quā odit: qui eius desideriis nō acquiescit sequi reluctat; z̄c Verbi gra. Si pater preciperet filio: vt vadat ad magos z̄c. Vel faciat falsū iuramentū z̄c. Vel laboret die festo z̄c. vel occidat hoiem z̄c. vel q; ñ intret in religionem z̄c. In talib⁹ debet hō habere odio p̄ceptū patris/z etiā animā. i. voluntatem vel sensualitatē suam. Quedā vero sunt q; sunt in differentia: z in his debet obedire parentib⁹: nisi in matrimonio ꝓtrahendo in quo non tenet obedire eis: nec etiā tenet infra dicenk: pater ergo z̄c. Non veni solue re: sed adimplere. ¶ Quintū p̄cepti est. Non occides. Exo.xx. Istud p̄cepti christus adimpleuit: quia nō solum alius non occidit: imo etiā ꝑhibuit occisionem z vindictam. Et de hoc dicam vobis tria exempla. Primū dic de muliere adultera de qua Joā.viij. Dic historiā. Secō q; iuit ad quoddam castrum in ciuitate Samaritanoz z̄c. qui noluerunt eum recipere/nec victualia sibi vendere z̄c. Dixerūt ergo Jaco. z Joan. Domine vis q; dicā mus ignis descendat de celo z comburat

¶ Quintū signū est: qñ infirmꝰ non vult recipe nec far/ nec ſrupū/ nec zuchar ⁊c. vel sī qñ recipit euomit. Dic. Factū ē. Ipse est mortuꝰ. Jō Dauid in.ps̄. xvj. Omnē escam abominata ē aia cor: ⁊ appropinquauerūt vsq; ad portas mortis. Sic in isto tā respuit cibꝫ vite spūalis ⁊ vite aie: q̄ est ꝓbū dei. Mar.iij. Nō i solo pane viuit hō: sz et oi ꝓbo quod ꝓcedit ex ore dei. Dic ḡ quō deꝰ ordinauit chr̄ianis scripturas sacras: scz ꝓphetar/ euāgelior/ epl'ar/ ⁊ doctor/ q̄ scripture sūt cibꝫ nutritiania in via dei. Sz hodie chr̄iani fastidiūt talē cibuz. scz tles scripturas: sz legūt libros gentiliū: scz Ciceronis/ Virgilij/ Ouidij/ Terētij/ ⁊c. Et rudes legunt historias Tristani et Lancilotī ⁊c. Sic les filijs israel: q̄ fastidiē tes mānā ꝺsiderabant cepas ⁊ allia: ⁊ cucumeres egypti: sic legit Nūe. xj. Jō Jsi/ do. xxxvj. ꝺi. Jō phibet chr̄iānis legere fi/ gmēta poetar: q: ꝓ oblectamēta fabular. mīū mentē excitāt ad incētiua libidinū. Nō em̄ solū thura offerēdo demonibꝫ imolat: sed et cor. dicta libenti⁹ capiēdo. Sūt enā aliq̄ q̄ audiūt ꝓbū dei: sz nihil faciunt cor. q̄ audiūt ⁊c. Dic vt expedit. Vel dic etiā quō cibꝫ vite est corꝰ chr̄i. De q̄ dns Jo. vj. Panis quē ego dabo: caro mea ē ꝓ mōi vita: sz mō fastidit mūdꝰ cibū istum Antichr̄us in ꝓncipio eccl'ie cōmunicabāt chr̄istiani oi die ab a liq̄ apl'o: q̄ celebrabat Act. ij. Erant aūt ꝓseuerātes in doctrina apl'or ⁊ cōmunione fractionis panis. Glo. i. eucharistie. Sz apli assumpti postq̄ sūt ad gloriā vite eterne incepit dim̄inui de/ uotio. Et iō fuit ordinatū vt solū diebus dñicis cōicarēt: sz q̄libet die darēt pan in signū colonis q̄tidiane. Deinde venerunt sci ꝓfessores q̄ videntes deuotionē dim̄i/ nui: ordinauerūt q̄ solū cōicarent in q̄ttu or vel trib⁹ festis anni: scz natalis/ pasce/ pentecostes: sic hz de ꝓse. di. iij. c. Et si nō frequenti⁹: sed darēt panis bñdict⁹ q̄libet die dominico in signū sctē cōionis. Deinde venit Jnno. papa tertiꝰ q̄ videns ꝓpter deuotionē plus minorarā ⁊ chr̄ianos multū indeuotos: fecit decretalē. Dis vtriusq; sexus. de pe. ⁊ re. in q̄ ordinauit q̄ q̄libet chr̄istianꝰ saltem semel in anno in pascate cōmunicaret: ⁊ hꝫ durat vsq; adhuc: sed tñ mūdꝰ respuit istū cibū: q: mlti ⁊ o quāti sūt q̄ in pascate nō cōicant: ⁊ si cōmunicāt statim inde ad duos vel tres dies euomunt istum cibū: redeundo ad pctā. Aliq̄ etiam sunt q̄ cum stomacho pleno flegmatibus pctōr istum cibum assumūt: ⁊ sic indigne assumētes iudiciū sibi manducāt ⁊ bibūt. j. Cor. x. Et quo habet signū q̄ mundus ꝓpinquus est morti. Jdeo Joan. vj. Amē amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hois ⁊ biberitis eꝰ sanguinē: nō habebit. vitam in vobis. Et idcirco possumus ꝓ oia que dicta sunt ꝓfecturare q̄ deus cito destruet mundū: cuius vt dictum est. de hꝫ nlla certitudo possit haberi. Amē

¶ De creatiōis mō. Ser. xii.

Fides tua te saluū fecit. Luc. xvij. Sequit hodie ꝑdicare de eodem tertio articulo. s. de creatione mundi que habet in symbolo apostolico: dum dicit. Creatorem celi ⁊ terre vb. videbimꝰ. Ō modo quē tenuit deus ad creandū mundū. ⁊ etiam habebimꝰ de triplici opere dei: erga creaturas. Saluetur virgo Maria ⁊c. Prō fundamēto sermonis qui est de modo creationis: ponitur de ipsa creatione theologi/

¶ Querit. Utrū vnum (talis questio. primum principiuz oia ꝓduxerit a seipso aut mediāte alio. Arguit q̄ mediāte alio: de nobilitate agēs: est facere nobilissima opa ꝓ seipm/ ⁊ min⁹ nobilia ꝓ instrumentū: vt ptz. decet em̄ regē iudicare. Sed nō decet eū coquā facere. ḡ si primꝰ rex est nobilissimꝰ: ⁊ ꝓduxit res i cōm q̄ decet eius nobilitatē, videt q̄ ipse debuit aliud ꝓducere. ⁊ ꝓ illud min⁹ nobilia. igit. Jn oppositū ꝑtū hō recipit ab alio tātum ei tenet. Sz ad solū deū tenet creatꝝ ex toto: solū ei deū dz diligere hō ex toto corde ⁊ nihil aliō eḡlit: ḡ solꝰ deꝰ dat totū: sz creatio est

actio in qua totū pducit. ergo vnū primū principiū oia pduxit a se ipso/ z nō mediā te alio: z sic ꝗstio manet p vtraꝫ pte dubia. Ad ꝗstionē respondendū est ſm Bonauē. sup. ij. sen. di. j. q. ij. q vnū primū principiū/oia pduxit a se ipo: qđ pbat triplicit Primo maꝝ est rē ō nō esse ad esse pducere ꝫ ꝫseruare z pficere. ꝫ si deꝰ mediante alio pducerꝫ res: vidē q mediāte alio cōseruaret z pficeret. ergo res nullo mō deo indigerēt: ꝫ nec ad deū tenderēt: iꝫ oia sūt bona q̄ tendūt ad ipm z ordinata. ꝫ nihil esset bonū/nec ordinatū in q̄ eīm pncipaliter ē ratio finis/in eo dē est ratio boni. igitur zc. Scōo impossibile est creaturā agere p potentiā infinitā. Sed inter oino nihil z aliq̄d: est distantia infinita. ꝫ nō pōt reduci nisi ab agente ſrutis infinite: tale aūt est solꝰ deus. igit. Tertio pbat sic dicit fides nr̄a: q omia in pma ꝺditione in mediate a deo sunt pducta: q̄ eīm creatio est totiꝰ subē scōm totū/ideo decuit esse solus dei: nec potuit esse alteriꝰ sicut p alterū. ꝫ vnū primū pncipiū oia pduxit a se ipo. Ad argumentū dicit/ q tam liberalitas ꝫ nobilitas supponit ordinē z possibilitatē: in actu eīm creationis attendit ordo. eꝫlis ei ſrutis z dignitaꝫ est pducere asinū ex nihilo z angelū: q̄ vtrūq infinitū z de rege nō sit̄e/ qđ credere dēm: iuxta verba zc.

¶ Pro introductione materie pdicande: est notandū q vera ꝯclusio est in scīa theologia: q sic est vna cēntia/ vna suba/ vna natura diuinaꝝ pſonaꝝ: ita sit oīm diuinarū pſonaꝝ/ vna opatio z indiuisibil. Vide infra ſmōꝫ. xvij. in introitu. Indiuisa sunt eīm opa trinitatiꝫ. Vñ Aug. in lib. de trini. z hz in decre. de ꝯse. di. iij. c. Omes. Pater z filiꝰ z spūsc̄tus: sicut in sepabiles sunt: ita inseparabiliť operanť. Qđ intelligendū est de opatione extrinseca: sicut est opatio creationis mōi. Opatio eīm extrinseca. s. in his in qbꝫ relative dicunť. ita est ꝓpria vni pſone q nō alteri: sic est gñare z generari: pcedere zc. Quauis ergo opationes trinitatiꝫ extrinsece sint cōes oibus pſonis: tñ appropriate attribuit vna operatio vni pſone: q nō attribuit alteri: sic potentia attribuit patri/ sapiēcia filio/ bonitas spūsancto: cū tamē equalis imo eadē sit potēcia filij/ z spūsancti q in patre est: z eadē sit sapientia oīm pſonaꝝ: z eadem bonitas earūdem. Modo ad ꝓpositū. Inter cetera opa trinitatis/ inuenio tria principalia in hoc mundo.

Primū est opus creationis.
Scōm opꝰ recreatiōis siue redēptiōis.
Tertiū est opus iustificationis.

Et licet oīa ista opa: z alia sint cōmunia oibus pſonis trinitatiꝫ: tñ appropriantur singula opa/ singulis pſonis. Primum opus creationis appropriat patri. Scōm filio. Tertiū spūisancto. Et in q̄libet ope q̄libet pſona suam septimanā adhibuit.

¶ Primū ergo opus creatiōis appropriatur patri: q vnā hebdomodā in hoc opere adhibuit. in qua ipe deꝰ pater creauit mūdū cū elemētis. Et de hoc ope dicit ſptus ra. In principio creauit deus celū z terrā Gen. j. Declara vt supꝝ primo ſmone. Et pfecit hoc opus sex diebꝫ: z i septio requieuit. Ioō dicit in symbolo. Credo in deū patrē oipotentē creatoꝛez celi z terre: ex q̄ innuit/ q creatio celi z terre attribuit pri. Distinguit aūt istud opus in tres partes Nam primo creauit. Scōo distinxit. Tertio ornauit. Creatio fuit facta sit in istanti ante oēm diem: iuxta illud. Eccl xviij. Qui viuit ineternū creauit oia sil. In primis aūt tribꝫ diebꝫ distinxit creaturas: in aliis vero tribꝫ ornauit. In primo ꝗ die fecit deꝰ lucē: que vice z loco solis oia coꝛpoza illustraret. i. die z nocte discerneret, Vñ dicit. Gen. j. Dixitq deꝰ. Fiat lux: et facta est lux. Et vidit deꝰ lucē q esset bona: z diuisit lucē a tenebris. Appellauitq lucē die z tenebras nocte. Factūq est vespere z mane dies vnus. Hora. Vespere: primo die: z mane subsequētis noctis, dies vnus. s. naturalis. In quo quidē opere auctoꝛ lucꝫ innuit nobis/ ie nō amare opa q̄ in tenebris fiunt: qm̄ mala sunt. Vnde Io. iij. Omis q̄ male agit odit lucē: z nō venit ad lucē: vt nō arguant opa eiꝰ. Secunda. Que facies: sic fac ꝗsi spectet aliqs: omia mala nobis solitudo imperat. Vnde plus. Cum q̄d turpe facis/ qđ me spectāte ruberes. Cur spectāte deo: nō magꝫ ipe rubes? Scōo dīe fecit deus firmamentū: vt aquas superiores ab inferioꝛibꝫ separarent. Et dicit firmamentū: eo q̄ sit firmū Vñ dicit Gen. j. Dixit quoq deꝰ. Erat.

firmamētū in medio aquaꝝ: vt diuidat a
quas ab aquis. Et infra. Vocauitq; de⁹
firmamentū celum: z factū est vespere: et
mane dies scōs. Sup quo triplex q̄stio oc
currit. Prima est/quid p firmamentū in/
telligat. Si em̄ est celum: vt videt dici in
textu, ergo celū videt factum scōa die: sed
ꝛrariū dicit sup̄: vbi dicitur. In p̄ncipio
creauit de⁹ celū z terrā. Scōa dubitatio
quid p aquas supiores intelligat: Tertia
questio est: q̄ intelligendo firmamentū p
celos sidereos: quō intelligit q̄ fuit factū se/
cunda die, vtruz fm formā substantialem
aut fm formas accidentales: De q̄b⁹ dic
vt ibi scripsi. Tertio ergo die congregauit
aquas/q̄ erāt sub firmamēto in locū vnū
vt appareat. Et vocauit deus aridam ter
raz congregationesq; aquaꝝ appellauit ma/
ria. Item eadē die dicēs. Germinet terra
herbam virentē: z facientē semen: z lignū
pomiferū faciēs fructū: iuxta gen⁹ suū z c̄.
Ornauit terrā arboribꝰ herbis z plantis.

Quarta die ornauit firmamentū lumi
naribꝰ, s. sole luna z stellis. Quinta die
ornauit aerem auibus z mare piscibus.

Sexta die ornauit terrā tumētis repti
libus z bestijs. Nouissime eodē die fac⁹
est hō nō in ornatū terre. sed vt oim dñs z
patronus. Vñ dixit de⁹. Faciam⁹ hoiem
ad imaginē z similitudinē nostrā: z p̄sit pi
scibus maris: z volatilibꝰ celi z bestijs ter/
re. vniuersiq; creature oiq; reptili/q̄ mo
uet in terra. Gen̄. j. Factus est aūt homo
de terra/q̄tum ad corpus/z in terra. s. in
campo damasceno: sed nō ad terrā: sed ad
celū ꝑpetuo habitandū. Nec ꝓpter terraz:
sed ꝓpter eū q̄ fecit celū z terrā. Septia
aūt die peractis oibus requeuit in seipo ab
eterno: sed post opa requeuit in seipo soluz
die septima. Hec est septimana creatiōis
appropriata p̄sone patris. De quo loquit
tex⁹. Gen̄. j. Et articulus fidei dicit: vt sup̄
Credo in deū patrem oīpotentē creato
rem celi z terre. ¶ Scōm opus est recre/
ationis/siue reparatōis/siue redēptiōis:
q̄b⁹ appropriat p̄sone filij p quē restaurata
sunt oīa. Qui fili⁹ licet ab instanti con
ceptionis p. xxxij. annos: totū se in opus
nostre redēptionis expenderit/p̄dicando/
sancte viuendo/z miracula faciēdo: nihil
omin⁹ in vltima septimana/q̄ vocat pe/
na saluatoris nr̄i restauratione fecit: iuxta illō Da
niel. ix. Cōfirmabit aūt pactū multis hebdo
mada vna. Filius ergo operatus est recrea/
tionē seu reparationē: sicut pater creatio/
nem: iuxta illud. Jo. v. Pater meus/vsq;
mō operat. z ego operor. Prima q̄ die. s.
dñica palmaꝝ creauit lucez fidei in mēte
turbarū/cum floribꝰ z palmis obuiantiū
sibi. Et q̄ vt dicit Rom. x. Corde creditur
ad iustitiā: ore autē ꝓfessio fit ad salutē: iō
fidem cordis ostendebāt assertiōe veritatis/
clamātes z dicētes. Benedict⁹ qui ve
nit in nōie dñi osanna i excelsis. Mat. xxj
Hanc lucem diuisit a tenebris: quādo in
gressus in templū dei eiecit vendentes et
emētes. odiens illos esse in tenebris q̄ ob
scuri erant p infidelitatē: z frigidi p cupi/
ditatē. Vñ Jo. ix. In iudiciū ego veni in
mundū: vt qui nō vident. s. simplices: vide/
ant. z q̄ vident. s. sapientes apud semetipsos:
ceci fiant. Scōa die creauit firmamētū
penitētie in muliere adultera in tēplo sibi
oblata: cui ait Jo. viij. Vade/z iam am/
plius noli peccare. Firmamentū est firmuz
ꝓpositum nō peccandi/sine q̄ inutilit sumi
tur p̄sentia: sicut sine fundamēto nō valet
fabrica. vñ Lu. ix. Firmauit Jesus faciez
suā/vt iret in hierusalē: ita z penitētes de
bent firmare mētes: vt tendant ad patriā
celestē. Hic diuidit aq̄s ab aquis. Aque
supiores sunt penitētes: ad appetitū cele/
stiū eleuati. Aque inferiores sūt carnales:
ad amorē terrenoꝝ depressi. Tertia die
congregauit aquas in locū vnū: q̄ cōfutat
scribis/z phariseis docuit discipulos de cō/
sūmatione seculi: z de distinctiōne iudicij:
q̄ peracto detrudent oēs mali in carcerē
inferni. Vnō Esa. xxxiij. Congregabunt
congregatione vni⁹ fascis in lacū: z claudē
tur in carcere. Et tunc apparebit arida. s.
ecclia ab humore carnalis concupiscentie se
parata: ꝓferens herbaz sanctaꝝ cogitatio
nū: z fruct⁹ sctōꝝ operū. Quarto die fa
ctus est sol. i. christus venalis tanq̄ vile mā/
cipiū. Judas em̄ audiēs a dño in vespere
p̄cedentis diei/q̄ in ꝓximo erat passurus
voluit morte et⁹ facere sibi lucrosam: vnō
ad p̄ncipes sacerdotū accessit: pactuz cum
eis fecit de tradēdo dñm p triginta dena
rijs: z ab illo eodez die legit ꝓphetia Esa. in
q̄ agit de mercede p christi venditiōe. Esa.

lxij. Ecce merces eius cū eo ⁊c. Facta est etiā luna, i. caro chr̄i sicut sanguis: qz p̄n/cipes sacerdotū audiētes a dño in p̄ceden/ti die: nō me videbitis amodo: donec dica/tis. Benedict⁹ q̄ venit in nōie. Mar. xxij Putauerūt q̄ vellet subterfugere manus ipsoz. Et ido congregati sunt in atrio Cay/phe/deliberantes eum capere ⁊ occidere. Formate etiā sūt stelle, i. apli cadētes. Nā iudas tali die p̄ petitionē ⁊ alij apli i passi/one relicto eo fugerūt. De his Apoc. vj. Sol factus est niger tāq̄ saccus cilicin⁹: ⁊ luna facta est sicut sanguis ⁊ stelle ceci/derūt sup terrā. Quinta die facti sūt pi/sces ⁊ volucres: qz illo die lauit pedes a/postoloz. in quib⁹ designat status penitē/tiū: qui tanq̄ pisces viuūt in aquis lachry/marū: ⁊ extra eas moriunt, s. cū redeūt ad peccatū. Vñ Esa. l. Computruerūt pisces sine aqua ⁊ moriunt in sitī. Instituit etiaz illo die sacramentū corp̄is sui. ad qđ opor/ter hoiem volare p̄ intellectū ⁊ effectū trā/q̄ duab⁹ alis: cū sit nimis arduū sup̄ sensū humanū. Vñ Mar. xxiij. Vbi fuerit cor/pus, s. in dextera dei sedēs: illic congregabūt ⁊ aq̄le. In hoc autē q̄ primo pedes eoz la/uit. oñdit q̄ nō licet nobis accedere ad sa/cramētū eucharistie: nisi cū labore pnie et lachrymaz: nisi p̄ius mūdati fuerimus a sordibus p̄cor nr̄oz. Gen. iij. In sudore vultus tui: vesceris pane tuo. Job Ante/q̄ comedo suspiro Sexto die facta sunt iumēta ⁊ reptilia ⁊ bestie: qz principes sa/cerdotū: scribe ⁊ pharisei ⁊ seniores pp̄li be/stialit⁹ in dei filiū seuierūt: qz iumēta dicū/tur p̄ castrimargiā siue gulā. reptilia p̄ter auaritiā: bestie p̄ter inuidiā. Nam p̄ter hec tria interfecerūt chr̄m. Primo ne amit/terent oblationē. Scdo ne p̄derent regnū ⁊ gētes. Tertio/qz inuidia mouebant cō/tra ip̄m. Eodē die fact⁹ est hō. i. reforma/tū est gen⁹ humanū obtuando regulā me/dicoz: q̄ habet/q̄ p̄traria p̄trarijs purgā/tur: vt infra dicit. Nā p̄ter qđ Adaz pec/cauit in paradiso: chr̄s capt⁹ fuit in horto qz ille pomū curiose aspexit: chr̄us habuit velamē in oculis. Quia ille p̄ba mulieris audiunt: chr̄s cesus alapis fuit/⁊ p̄tume/lias ⁊ cōuitia iniuriaz audiuit: iuxta illō ps. Oppr̄obria exp̄obantiū tibi: cecide/rūt sup me. Qz ille porrexit manū ad veri/tū: chr̄s extendit man⁹ suas ad patibulū. Quia ille delectat⁹ fuit ad esuz pomi: chr̄/stus amaricat⁹ fuit in potatiōe fellis ⁊ ace/ti. Quia ille texit pudēda folijs fic⁹: chr̄s suspensus est in cruce nud⁹. Qz ille penit⁹ excusauit: chr̄s accusat⁹ nihil respondit, ps. Ego aūt tanq̄ fur. nō audi. ⁊ lic̄ mut⁹ nō ape. os suū. Quia ille transfudit p̄cm̄ suū ad posteros: chr̄s trāsmisit mortis sue meritū ad redemptos. Jtez sicut ex latere mor̄iēt̄ formata est eua: sic ex latere chr̄i dormiēt̄is in cruce p̄ducta est eccl̄ia. qđ vn⁹ militū lancea ei⁹ lat⁹ aperuit: ⁊ p̄tinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Jo. xix. sanguis in p̄precium ⁊ aqua in lauacrū. Septio die. s. sabbato corpus ei⁹ redeunt in sepulchro ⁊ aia ei⁹ in limbo. Thren. iij. Lapsa est in la/cum vita mea: ⁊ ania mea in limbū infer/ni. Et sic p̄t̄z hebdomada filij in opē recre/atiōis. Vel aliter, p̄cde in ista hebdoma/da: in q̄ ip̄se fili⁹ dei opat⁹ est recreationē siue opationē mōi. Nam p̄ima⁹ dies in/qua formauit lucem: fuit ei⁹ gl̄iosa natiui/tas q̄ die dñico facta est/in q̄ fecit lucē: qm̄ ostendit corp⁹ suū ⁊ hūanitatē suā visibilē oibus: q̄ est lux mūdi. Jo. j. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hoiem venientē in hunc mōm ⁊c. Jo. viij. Ego sum lux mūdi. Et in signū hui⁹ circūfulsit pastores, Luc. ij. Claritas dei circūfulsit illos: ⁊ not sicut dies illūinata est/ vt p̄nūciauerat Dauid in ps. vñ Esa. ix. Populus q̄ ambulabat in tenebris: vidit lucē magnā. Ambulāt/bus in regione vmbre mortis. lux orta est eis. Scd⁹ dies est p̄dicatio. in q̄ fecit firmamētū. i. celū: qz celest⁹ regni spem i mē/tib⁹ hoim figebat di. Penitentiā agite ap/propinq̄bit em̄ regnū celoz. Mar. iij. Et hoc fuit primū p̄bū/q̄ chr̄s p̄dicans dixit. Jtē Mar. v. Beati pau. spū qm̄ ip. ē reg. celoz. Firmabat etiā sua p̄dicatiōe mēles hoim in veritate credendoz: ⁊ in firmita/te sperandoz: ⁊ in actibilitate agendoz. Hac etiā die diuisit aq̄s inferiores a sup̄/ioribus: qz p̄dicabat bonos sup̄ celos assumē/dos: ⁊ malos in infernū detrudēdos: vt p̄z Mat. xiij. Exibūt angeli ⁊ separabūt ma/los de medio iustoz: ⁊ mittēt eos in cami/nū ignis. Jbi erit fletꝰ ⁊ stridor dentiū. Et Mat. xxv. Venite bñdicti p̄tris mei posse/dete paratū vobis regnū a p̄stitutiōe mūi

di. Et.j. Discedite a me maledicti in ignē
eternū: q̄ parat⁹ est diabolo z angelis ei⁹.
Et infra. Ibūt hi in suppliciū eternū: iu⁹
sti aūt in vitā eternā. Ite oñdebat iudeos
ad ifernū detrahēdos/z gētiles ad celum
assumēdos. Jō dixit iudeis. Jō⁹ auferet
a vobis regnū dei: z dabitur genti faciēti
fruct⁹ eius. Mat.xxj. z in euāgelio hodi
erno. Tert⁹ dies hui⁹ hebdomade: est
sacratissima passio sua: in qua cōgregauit
aūs in locū vnū/z separauit eas in terra.
z apparuit arida. Sic in passiōe sua sepa⁹
rauit humorē sanguineū z aqueū a corpe
suo: z remānsit caro sua arida z sicca ab oi
humore: ꝓpter q̄ valde sitiebat d. Sitio.
Hodica ānitras remānsit sanguis: z illaz
etiā expendit in terrā: q̄n vnus militū lan
cea latus ei⁹ aperuit: z ꝓtinuo exiuit san⁹
guis z aq̄. Jo.xix. A qua illa fuit ꝑa aq̄:
nō humor flegmatic⁹: vt habeb̄ in.c. Jn q̄
d̄a.decele.mil. z ex h̄ oznata est terra. i. ec⁹
clesia: q̄ est corp⁹ chr̄i n ysticū iuxta illud
Epha.j. Om ipm dedit caput sup omnē
ecclīaz q̄ est corp⁹ ei⁹. Hāc terrā oznauit
arboriby z plantz. i. sactis factz: z oim vir
tutū mirabiliby exēplis: q̄ in passione dñi
oēs mirabilit̄ reluxerunt. Quart⁹ dies
resurrectio: in q̄ fecit solem/z lunā/z stel⁹
las. Et p solē intelligit ipse chr̄s: q̄ in die
resurrectiōis fact⁹ est imortalis z gl̄iosus
lucens plusq̄ sol p totē claritatz. Facta ē
luna. i. ẏgo Maria illūinata p letitiā que
paulo ante p dolorem fuerat obscurata.
Quid putas mai⁹ fuerit: dolor ẏginis in
passione z morte chr̄i: an letitia in resurre
ctione: Puto sine p̄iudicio veritatz maio
rē fuisse letitiā: q̄ dolor: fuit r̄eperatus et
mixtus spe resurrectiōis: q̄ hoc fuisse pre
nūciatū p ꝓphas ẏgo sciebat: sed in letitia
illa nō fuit mixtura tristitie. Nota quō p⁹
ut est verisimile: ẏgo videns resuscitatuz
chr̄m oculata est eum septus/pedes/ma⁹
nus/os ꝛc.d. O vulnera p̄ciosa: z q̄tum
dolorem mihi intulist̄ die venerz ꝛc. Et
quō chr̄s ei Mater mea de cetero gaude
re: q̄ nō habebitz amodo nisi gaudiū. Ec
ce quō facta est luna. i. ẏgo illūinata a chri
sto/sicut luna a sole: z illuminans celos. i.
oēs nos. Jn Maria interpratur illumi⁹
nata vl illūinatrix. Facte sunt stelle. i. apli
illūinati sūt p fidē: quā in nocte passionis
p̄diderant: z chr̄m solē corpe z mēte reli⁹
q̄rant: q̄ adeo illūinati sunt q̄ totū müduz
postea illūinauerūt. Quint⁹ dies est a⁹
scensio in q̄ fecit aues et pisces. Per aues
designāt ꝓtēplatiui: p pisces actiui. Jō⁹
q̄ apl̄os eo die fecit aues p ꝓtēplationē: z
ex tūc ascenderūt ad celū p desideria sctā.
Jn q̄ sciebāt chr̄m corpalit̄ esse. vñ Mat.
xxiij. Vbi fuerit corp⁹: illic cōgregabunt
z aq̄le. Quia amor est quoddā vinculuz:
qō trahit amantē ad amatū. Ite Jo.xvj
Expedit vobis vt ego vadā. Si ei nō ab
iero paclet⁹ nō veniet ad vos. Si aūt ab⁹
iero: mittā illū ad vos. Ite fecit ipos apo
stolos pisces p vitā actiuā: q̄n misit eos p
mare mundi hui⁹ dī. Euntes in munduz
vniuersum: p̄dicate euangeliū oñi creā
ture. Mar.vl. Baptizātes eos ꝛc. Mat.
vlti. Predicatio em̄ et baptizatio: p̄tinet
ad vitam actiuā. Sextus dies fuit mis⁹
sio spiritussancti in die pentecostes in q̄ fe
cit hoiem. i. genus humanū siue colleg⁹uz
apl̄oz ꝓfecit/qō p̄ius valde erat imp̄fe⁹
ctum z fragile. ꝓpter qō noluit dñs/vt aū
p̄dicarent: nec exirent ciuitatē ꝓpter ei⁹re
surrectionez. Actz.j. Et cōuiscens p̄cepit
eis ab hierosolymis ne discederent: sed ex⁹
pec. p̄miss. patris quā au. inq̄t p os meū.
Sed in die pente. repleti sunt spūsancto:
et fuerunt apl̄i et tunc p̄fectissimi hoies.
adeo in gratia ꝓfirmati/q̄ nullo modo de
cetero moztalit̄ peccauerūt: nec moztez ti⁹
mebant/nec totum mundū. Vñ Petrus
q̄ ad vocem ancille timore ductus ter ne⁹
gauerat chr̄istū: postea coram regib⁹ z p̄n
cipibus mundi non timebat ꝓfiteri nomē
chr̄isti. Item alij apl̄i/qui in nocte passio
nis chr̄isti fugerant relinquētes ipsum so
lum: postea ibant gaudentes a conspectu
concilij: quoniā digni habiti sunt p nomie
Jesu ꝓtumeliam pati. Actuū.v. Et tunc
etiaz sunt diuise bestie ab eis. i. iudei incre
duli z bestiales: quia dicebant ipsos mu⁹
sto plenos: cum tamē essent pleni spiritu⁹
sctō. Actz.ij. Vñ in p̄dicatiōe Petri p̄ma
cōuersa sunt tria milia hoim ad chr̄istuz:
sicut ibidē legit. Septima dies erit ad
uentus ad iudicium vniuersale: in q̄ post
q̄ chr̄s iudicauerit mundū: requiescet cū
sanctis suis ab oñi opere recreationis: di
cēs eis. Venite benedicti ꝛc. Mat.xxv.

¶ Tertium opus est iustificatiōis. In q̄ spūssanct⁹ adhibuit hebdomodā suā septē diērū. i. septē sacramētor: p̄ q̄ septē virtutes tribuit. Primo die creauit luce; filii dei p̄ sacramētū baptismi: q̄ interdū dr filii des. xlv. di. De iudeis. In baptismo creat gr̄am fidei: q̄ est lux anie: z p̄ quā fideles ab infidelib⁹ separant: qr lux a tenebr; separat. Unde Ephe. v. Eratis aliq̄n tenebre: nūc aūt lux in dño. Hec ē nubes lucida: q̄ filijs israel i deserto lucebat: nō autem egyptijs. i. tenebrosis: sicut legitur Exo. xiij.

Scōs dies ē sacramētū p̄firmatiōis siue chrismar; in q̄ creat firmamētū. i. gr̄az fortitudinis. Quia id sacr̄m dat ad robur fidei chr̄iane z p̄seuerātiā habendā: p̄ quā diuidunt aque ab aq̄s. i. p̄seuerātes a nō p̄seuerātib⁹. Un Mat. xij. Qui p̄seuerauerit vsq; in finē: saluus erit. z sic ascēdet sup celū. ḡ q̄ n̄ p̄seuerauerit: erit sub firmēto: qr detrudet ad infernū. Tertius dies est sacr̄m eucharistie per q̄d infundit gr̄az charitatz q̄ cōpat p̄gregationi aquarū: in vnū, qr p̄ ipsam membra ecclie vniunt chr̄o. Jo. vj. Qui man. car. me. z bi. sang. me. in me manet z ego in ipso. Jtē. j. Joa. iij. Deꝰ charitas ē: z q̄ ma. in cha. z c. Jtē p̄ charitatē membra ecclie vniunt in vnum corp⁹. Un. j. Cor. x. Un⁹ panis z vnum corp⁹ multi sum⁹: oēs q̄d de vno pane et ō vno calice p̄cipam⁹. Quart⁹ dies ē sacr̄z pnie: in q̄ creat gratiā iustitie p̄ quā opera tenebr̄ abiciunt: z induimur arma lucis. Ro. xiij. Jdeoq; cōpat creationi lumiariū. Tūc ei creat feruor diuini amoris tanq; sol lucens in aia z ardēs. z luna. i. virt⁹ hūilitatis. z stelle. i. actus singulārū virtutū: p̄ quas penitentes lucent alijs p̄ exēpla vtuosa: iuxta illud dñi. Sic luceat lux ve. co. bo. vt vi. o. v. bo. z glo. p. v. q̄ in ce. est. Mat. v. Et ī ō exēpla hmōi. dicunt stelle lucētes: p̄ q̄s etiā oēs nros aduersarios debellam⁹. Un Judi. v. Stelle manentes in ordine suo aduersus Sisarā pugnauerūt. Sisara interp̄tat exclusio gaudij: z significat diabolū: q̄ excludit cum sibi p̄sentiēt⁹ a gaudio paradisi. Quintus dies est sacr̄m extreme vnctiōis: in q̄ confert gr̄a spei. z etiā gr̄a ad remissionez venialium vt cito aia volet ad deum. Et ideo cōparat creationi volatiliū: que separantur a pisc⁹: quia per hanc separantur electi a damnatis in damnatione fluentibus. Vel p̄ gratiā spei collataz in sacrāmēto extreme vnctionis fiant hoies pisces z aues: qr bene natant in mari. i. amaritudine mortis sine periculo naufragij desperationis. Et postea fiunt aues: quia euolāt ad celum. Sextus dies est sacramentū matrimonij: in quo confertur gratia temperantie ad reprimendos motus bestiales cōcupiscentie carnalis. et ideo comparatur sexte diei creationis: in qua creauit deus bestias terre: et postea hominem: vt dominaretur eis. Per bestias enim designantur brutales motus concupiscentie carnalis: vt dixit: qui dicūt fieri i hac die quia apparent et insurgunt tales motus inter coniuges. sed reprimi debent z reprimuntur per gratiam temperātie collataz in matrimonio per quā fit homo: id est rectificatur: ut sciat vas suum possidere in sanctificatiōe et honore. His autem motibus homo dominari debet per virtutez temperantie que matrimonio infunditur a spiritu sancto per quam virtutem homo viuit fm rationem humanam. Alioquin homo est similis bestijs. ps. Homo cum in honore esset nō intellexit: comparatus est iumentis insipientib⁹: z similis factus est illis. Septimus dies est sacramentum ordinis: in quo spiritus sanctus creat gratiam prudentie et perfectionis: p̄ quā debet homo a negocijs mūdanis quiescere: iuxta illud Apostoli. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat cui se pbauit. ij. Timo. ij. Alioquin cithara cum psalterio non bene concordat: vt dicit textus in. c. Diuersis falla cijs. de cle. cōiugatis. Finis. Quia ad iūm articulum de creatiōe mundi potest pertinere etiam p̄uidētia diuina super gubernatione vniuersi: ideo potes predicare de p̄uidentia seu predestinatione diuina: de qua vide plene in sermone dominica: de qua vide plene in sermone dominicē. lxx. qui incipit. Multi sunt vocati z̄.

¶ De iustificatione peccatoris. Siue de his que concurrūt ad iustificationem humanam. Sermo. xiij.

Fides tua te saluū fecit. Luc. xvij. Sequitur hodie ꝑdicare ō quarto articlo ꝓtinente ad diuinitatē: vicz de ope iustificatiōis q̄ in symbolo apl̄ico hoc mō ꝓponitur. Sanctā eccl̄iam catholicā: sctōz cōmunionez: remissionē pctōz. Et ꝓposuerūt istū articulū Simon z Thadeus. Nā Simō dicit. Sanctā eccl̄iaz catholicā. Thadeꝰ subiūxit. Sctōz cōlonem: remissionē peccatoꝝ: vt ōr Hugo de prato. Jn symbolo vero Niceno sic describit. Et vnā sctāz catholicā z aplicam eccl̄iaz. Confiteoꝛ vnū baptisma in remissionē pctōz. Ꝙ huiꝰ articuli erit hoc mane ꝑdicatio nr̄a. Salutet virgo zc. Pro fundamēto ꝓmonis q̄ est de iustificatione pctōris: oritur de ipsa iustificatione theologicalis questio.

¶ Querit vtrū iustificatio impij sit miraculosa. Arguit ꝙ sic. Glo. sup illud. Jo. xiij. maioꝛa hoꝛ facient. maiꝰ est impios iustificare ꝙ iustos creare. Sed ꝓm Aug. j. de ciui. dei. c. v. illō est mirabilis: qō est potentiꝰ. Ꝙ magnū miracl̄m est impios iustificare. Jn oppositū. Aug. x. de ciui. c. xij. dc ꝙd mirabile fit in h̄ mūdo ꝓfecto/minus ē ꝙ tot? hic mōs. Sed ꝙuis creatio mōi fuerit supnaturalis. nō tñ dicit fuisse miracl̄osa. Ꝙ ꝙuis iustificatio impij sit supnaturalis/nō tñ est miracl̄osa. z sic q̄stio manet p vtraq; ꝑte dubia. ¶ Ad q̄stionē respondū est: ꝙ ꝙuis iustificatio impij sit supnaturalis/nō tñ est miracl̄osa. quia de rone miraculi tria sunt. Vnuz est ꝙ fiat p actiuā potentiā supnālis agētis: qō opere nature fit. z si q̄nq; fit mirabile miracl̄m nō est. Aliud est/ꝙ in materia nō sit aliq̄ dispositio: nisi solū pura potētia obedientie ad h̄ ꝙ in ipa de ipa fiat illud opus/quod est miracl̄m. Tertiū est vt sit ꝑter moduz ꝓsuetū: z ꝑter ista tria dicit/ꝙ miracl̄m ē opus arduū/ꝑter cursuz nature z īsolitū. cū ꝙ iustificatio impij nō sit īsolita: et de lege cōi requirat aliq̄ dispositio in adulto ꝙ iustificat: iustificatio impij q̄ fit de lege cōi nō est miracl̄osa: ꝙuis effectiue fiat p potentiā supnālis agentiꝫ. iustificatio aūt impij ꝑter legē cōem/q̄ fit si dñs iustificat adultum aliquē/qui ꝓius se nō disposuit miraculosa est: qz in tali iustificatiōe sunt omnia illa tria q̄ ad miracl̄m req̄rūt. Et ad argumētū dicit: ꝙ nō debet capi miracl̄m ꝑfecte: qñ loquit de creatiōe. Et ad auctō. Aug. dī. ꝙ capitur miracl̄m ꝓ mirabili: et qñ dicit mirabilis?: qō est potenti?/intelligit ceterꝫ paribꝫ: z hoc est fides nr̄a: de q̄ fit ꝓmo iuxta zc. ¶ Pro declaratiōe huiꝰ articuli z introductōe materie ꝑdicande: est notandū ꝙ ꝓm ꝙ dicit. b. Tho. ij. ij. q. xar. viij. sub hoc articlo ꝓponūt nobis credenda oia ꝓtinētia ad sanctificationē humanā. Oportet ḡ ꝙ de oibus illis sit sermo noster/q̄ ad sctificationē humanā cōcurrūt. Concurrūt aūt septē cause: q̄ sunt iste: videlicet.

Prima est causa ꝓncipalis effectiua.
Secōa est causa meritalis inductiua.
Tertia est cā instrūmtalis cooꝑatiua
Quarta est cā materialis receptiua.
Quinta est cā ꝛtualis dispositiua.
Sexta est cā formalis ꝑfectiua.
Septima est cā finalis cōpletiua.

De quibꝫ oībꝫ scripsi in sermonibꝫ. xl. de pctis in genere: z in. ij. arti. de peccato mortali ꝓmoe. x. vbi agit de remedijs pctī mortalis. quantū ad causaz. Sed in ꝑsenti ꝓmone de materia ista in ꝙbusdā alit ꝓcedem?. ¶ Prima ḡ causa est ꝓncipalis effectiua. z ista est deus solus/q̄ ex sua misericoꝛdia pctā ꝓncipalit remittit lauando z iustificādo. Et hoc ꝑtz rone z auctoritate. Probat aūt hoc ꝓmo rone: quā fundo ex quodā dicto Augustini sup Jo. Nā sup illud verbū dñi qō hz Joā. xiij. Qui credit in me: opa q̄ ego facio/z ipse faciet/z maioꝛa hoꝛ. facient: dicit Augu. Proꝛsus maiꝰ h̄ esse dixerim: vt ex impio iustꝰ fiat: ꝙ creare celum z terrā. Quod intelligendū est/nō q̄ntum ad modū agēdi: sed quantū ad rem factā siue ad modū rei facte. Pro cuiꝰ intellectu notādū: ꝙ vt ōr. b. Tho. j. ij. q. cxiij. ar. ix. opus aliqō pōt dici magnū dupliciter. Uno mō ex ꝑte modi agendi: z sic maximū est opus creatōis: in q̄ ex nihilo fit aliq̄d: z maiꝰ est ꝙ opus iustificatiōis. Ratio est: qz increatiōe nihil potuit cooꝑari agenti: cuz ex nihilo aliq̄d factum fuerit: sed in ope iustificatiōis cooperat deo liberū arbitriū hominis. s. fides. Matt. vlti. Qui crederit z bapti. fue. sal.

erit: qui nō credi. condē. Heb. xi. Accedē/ tem ad deū oportet credere. Itē charitas actualis in adulto. Lu. vij. Dimissa sūt ei pctā multa: qm̄ dilexit multū. Vñ Aug. Qui creauit te sine te: nō iustificabit te sine te. i. sine opatione tua. Quattuor em̄ re q̄runt ad iustificationē impij. quor̄ duo sunt ex pte nr̄a: reliqua v̄o duo ex pte dei.

Prima duo sunt ista. Motus liberi arbitrij in deū p̄ fidem: motus liberi arbitrij in pctm̄. Alia vero duo sunt ista. s. gratie infusio: t culpe remissio. De q̄bus vide b. Tho. j. ij. q. cxiij. ar. vj. Nota moralit̄ ꝓtra illos q̄ expectant: vt moueant a deo: t ideo nō curant orare dicētes. Deus est ille qui mouet t om̄ia facit: heresis est: qz nos debem⁹ cooperari deo: vt dicit Aug⁹. vbi sup̄. Jō dicit dñs. Cōuertimini ad me t ego cōuertar ad vos. Zacha. j. Nota exemplū de illo q̄ cum esset infirmus/ t nollet recipere medicinā: relinquēs sanitatē t mortem suā deo/ stultitia esset: qz deus ordinauit media quib⁹ vita spūalis t corpalis cōseruet. Nota exemplū qō legit̄ in collatiōe patrum. de illis duob⁹ qui recedētes a cella ꝓposuerunt se nūq̄ comesturos/ nisi missis set deus eis cibum. Cūq̄ incidissent in latrones/ vnus latronū porrexit eis panem quē vnus accepit, arbitrans a deo sibi illū dari t comedit. Alter v̄o mori se dimisit: t sic mortu⁹ est corpaliter/ t spūaliter. Ex quo ptz/ q̄ deus operat effectus suos mediantib⁹ causis scōis. Sicut in salute corporis: sic t in salute anime. Alio mō potest dici magnū opus/ ꝓpter magnitudinē eius qō fit: t pm̄ hoc maius opus est iustificatio impij q̄ creatio celi t terre: pm̄ q̄ dr̄ Aug. Ratio est: quia iustificatio impij terminat ad bonū eternū: qō in diuia participatione t visione ꝓsistit. creatio v̄o celi t terre/ terminat ad bonū nature mutabilis. Et ideo Aug. cū dixisset q̄ maius est q̄ ex impio fiat iustus q̄ creare celū t terram subiungit. Celū em̄ t terra transibit: p̄destinator̄ vero salus t iustificatio p̄manebit. Itē quia in creatiōe mōi nihil fuit resistens deo: sed in iustificatiōe impij sic: siz voluntas ipsi⁹ pctōris. Nota moralit̄: quot modos tenuit/ t tenet deus, ad conuertendū pctōres. cū tñ pctōr semp sit durus: t ꝓpter hoc p̄dicta iustificatio impij est maius opus q̄ creatio mūdi. Ideo ecclesia in oratiōe ait. Deus qui omnipotentiā tuā parcendo maxime: t miserādo manifestas. Et ps. Miserationes e. su. om. o. e. Fiat q̄ ratio a minori. Qui nō p̄t facere min⁹: non p̄t facere maius: sed opus iustificatōis est maius q̄ creationis, q̄ cum opus creatiōis nulli creature cōperat: sed ꝓprius est opus dei: multo minus poterit creatura iustificare p̄ modū principalis agentis. Ideo ergo dixi/ q̄ principalis causa effectiua sanctificationis hūane: est solus deus. Scōo hoc idem ꝓbatur auctoritate. Esa xliij. Ego sum q̄ deleo iniquitates tuas ꝓpter me: t peccator̄ tuor̄ nō recordaboz. Item Leuit. xx. Custodite precepta mea t facite ea: qz ego sum dñs q̄ sanctifico vos. Itē Rom. iij. Justificati gratis p̄ gratiā ipsi⁹. Et Mar. ix. Et Mar. ij. Quis p̄t remittere peccata: nisi solus deus? Et sic ptz prima causa. ¶ Scōa causa est meritalis inductiua. Et hec est duplex. Prima est passio vnius hois Jesu christi: cuius merito inducit sive inclinatur deus ad remissionē pctōr̄: t ad sanctificandum hoiem. Unde apl⁹ Ro. iij. Justificati gratis p̄ gratiā ipsi⁹, ecce prima principalis causa. Et p̄ redemptionez q̄ est in christo Jesu; quē ꝓposuit deus ꝓpitiatorē p̄ fidem in sanguine ipsi⁹. ecce scōa causa meritoria. Nota practice quādo p̄ peccatoribus vt cōuertant: orat primo ꝓ Maria christi filium suū. qui q̄nq̄ zelo iustitie motus: dat matri repulsam. Mater ostēdit sibi pectus t vbera/ quib⁹ ipsiz lactauit dices. Fili p̄ istud pectus: t p̄ ista vbera quib⁹ te lactaui exaudi me. Christ⁹ aūt pietate t precum maternar̄ instantia victus voluit se ad patrē dicēs. Pater ignosce tē. q̄ si habet repulsā a patre: ostēdit sibi vulnera: t hoc mō pater merito sue passionis inclinat ad misericordiam Bern̄. Mat. oñdit filio pectus: t vbera, filius ostendit patri latus t vulnera: nulla q̄ poterit esse repulsa. vbi cōcurrunt tot charitat̄ insignia. Ecce prima causa meritoria inductiua. Vñ. j. Jo. ij. Filioli mei hec scribo vobis: vt non peccetis: sed siquis peccauerit aduocatū habem⁹ apud patrē Jesuz christum: t ipse ꝓpitiatio est p̄ peccatis nostris.

Scōa causa meritat̄ inductiua: est vni

tas meritorū/ z oratio totius vniuersalis ecclie christiane: que ꝓtinue orat ꝑ pctōr cōuersione ad deum tanq̄ mater ꝑ filios. Ideo dicit articul⁹ fidei. Credo in sanctā ecclīam catholicā/ sanctor⁹ cōmunionez/ remissionē peccator⁹. Vbi notādū: q̄ orationes ecclie ꝑsunt christianis duplicit. Uno mō ex charitatis vnione: z sic soluz bonis in gra ꝓstitutis ꝑsunt. Ideo dicit. Sanctor⁹ cōmunione: sicut cibus sumpt⁹ ꝓ os ꝑdest oīb⁹ membris corporis. ps. Particeps sum oīm timentiū te. Alio mō ex ecclesie intentione siue oratione: z sic ꝑsunt etiaz malis christianis. Uñ sepius de⁹ conuertit petōes ꝓ oratione: vt infra dicit. De quo dic latius/ vt scripsi in ſmonib⁹ de peccatis in genere argu. iij. ſmone. v. in prima ꝓclusione. Igit tam videm⁹ quanta solli citudine habet mater ꝑ liberatiōe filij in carcerati in morte vl captiui in barbaria: multo magis sollicita est scta mater eccle sia ꝑ liberatione petor⁹: qui detinent captiui a diabolo in carcere peccati mortalis. Unde merito ecclie orantis deus suscitatur ad suscitandū peccatorē/ de morte peccati mortalis ad vitā gratie. In cuius signum siue figurā habet: q̄ chr̄s dum iret in ciuitatē/ que vocat Naym videns adolescentē/ qui efferebat mortu⁹ filius vnic⁹ matris sue/ que vidua erat. videns etiam dñs matrē illam flentē: misc̄dia mot⁹ dixit illi. Noli flere/ z statim resuscitauit illum: sicut habet Luc. vij. Quid ꝑ viduaz matrez/ nisi eccl̄ia designat: que mater est oīm fideliū. Et est viduata a ꝓsentia corꝑali Jesu chr̄i sponsi sui. Uñ Thren. j. Facta est quasi vidua dña gentiū. Et ps. Viduā eius bñdicens benedicā. Glo. viduam. i. eccl̄iam. Per mortuū vero filiuz: peccator⁹ designat: qui mortu⁹ est quantū ad vitaz gratie: qua priuat per pctm. Sicut anima est vita corꝑis: sic deus est vita anie. Joā. xiij. Ego sum via veritas et vita. Et ꝓsequēt sicut ania separata a corꝑe/ corꝑus est mortuū: sic ꝛc. Ad fletuz ergo. i. oīones hui⁹ vidue. i. eccl̄ie/ de⁹ suscitat petōes ad vitaz gr̄e. vñ dicit Eccl. xxv. Nō despiciet deus ꝑces pupilli: nec viduā: si effundat loquelā gemit⁹. Nonne lachryme vidue descendūt ad maxillam? A maxilla etiā ascendūt vsq̄ ad celum: z dñs exaudit⁹ nō delectabit⁹ in illis. Pupillus est qui caret matre: mater nostra ē eccl̄ia. qua caret q̄ est in pctō mortali. z iō dicit pupillus: qui tamē si oret nō despicit⁹ et deus ꝑeces suas. ps. Dñs custodit aduenas: pu. z vi. su. z vi. ꝛc. Unō Grecism⁹ Pupillus matre caret: orꝑhanus est sine patre. Ad id idē q̄ legit de Petro. Actz. xj. Uñ ad ꝑeces eccl̄ie Petrus a vinclis liberatus est. Expone mortalit. In tm aūt vnitas ecclesie valet: q̄ extra eccl̄iam nulla est salus: sicut nec extra arcaz Noe. Uñ Greg. in lib mortal. Et in decre. xxiij. q. j. Quia ex sola catholica eccl̄ia veritas ꝓspicitur: apud se esse locū dñs ꝓhibet de quo videat. in petra Moyses ponit/ vt dei faciem ꝓtemplet: q̄ nisi quis fidei solidita tē tenuerit/ diuinā ꝑsentiam nō agnoscit. De q̄ soliditate dñs dicit. Super hanc petrā edificabo eccl̄iam meaz. Sola quippe est ꝑ quam sacrificiū domin⁹ accipiat libēter/ que sola ꝑ errantib⁹ intercedat fiduci⁹ aliter. Unde etiaz de agni hostia domin⁹ ꝑcepit dicens. In vna domo comeditis: nec efferetis de carnibus eius extra foras Jn vna nāq̄ domo comedit: q̄ in catholica ecclesia: vera hostia redemptionis immolat⁹ de cui⁹ carnib⁹ diuina lex foras efferri ꝓhibet: quia dari canib⁹ sanctū vetat. Sola est q̄ intra se positos valida charitatiz compage custodit. Uñ z aqua diluuij arcam ad sublimiora sustulit. Omnes aūt q̄s extra arcā inuenit: extinxit. Hec ille.

¶ Tertia causa est instrumētalis cooperatiua: z hec est duplex/ s̄m q̄ duplex instrumentū concurrit in hui⁹ sanctificatione. Unū est instrumentū animatuz: aliud est instrumētū inanimatū. Animatū est sacerdos ad quē solū ex officio cōpetit ministrare sacra. licet q̄dam sacramēta sint/ q̄ recte rant in ministerio ordinē episcopalē: sicut est sacramētū ordinis z chr̄ismatiz: nec valet ꝓsuetudo ꝓria: vt in. c. Quāto. de ꝓsuetu. Quedā vero sacra nō requrūt de essentia potestatē aliquā in ministerio: sicut est baptismus/ z matrimoniū: tñ ex officio solus sacerdos baptizat: z benedicit nuptias ꝛc. sacramēta ad ipm ptinētia confert. Quot aūt requirunt in sacerdote/ q̄ sacramentū penitētie cōferre vult cōfitentib⁹: vide quod scripsi in sermonib⁹ quadrage-

simalib⁹ de pctis in genere.ar.iij.fmone.z vbi vide oino.vbi agit de remedijs peccati mortalis:quātū ad causaz. Instrumētū aūt inanimatū est sacramētū. Est aūt notandū:q̄ septē sunt sacramenta instituta a chr̄o:fm q̄ septē mala q̄ pctīm incurrim⁹. Sūt aūt sacramēta instituta a chr̄o in medicinā humani generis.ps. Misit verbū suū z sanauit eos:z eripuit eos de interitionib⁹ eoz. Et iō oportuit tot instituere sacramēta:quot infirmitates per pctīm incurrim⁹. Septē aūt infirmitates incurrimus,s.tres culpe:z quattuoz pene. Prima infirmitas culpe est pctīm originale:et ꝓtra hoc institutū est sacramētū baptismi.

Scōa infirmitas culpe:est pctīm mortale:z ꝓtra hoc institutū est sacramētū penitentie. Tertia infirmitas culpe est peccatū veniale:z ꝓtra h̄ institutū est sacramētū extreme vnctiōis.b.Tho.tñ dic̄ q̄ nullum sacramētū est institutū ad pcti venialis remissionē:sicut ad principalē effectū:vt ipse notat in.iiij. sentē.dis.xvj.q.j.ar.ij.q.iij.ad primū. Et in. iij. pte.q.lxv.ar.j.ad octauū. Itē prima infirmitas pene é fragilitas siue impotētia ad bonū:z ꝓtra hoc est ꝓfirmatio siue chrisma. Scōa infirmitas pene é ignorātia:z cōtra hoc est ordo.

Tertia infirmitas pene est malitia:z cōtra h̄ est eucharistia:in q̄ est fons oīs bonitatis realiter ꝓtente. Quarta infirmitas pene est ꝓcupiscētia:p quā sumus valde proni ad malū:iuxta illud. Sensus eīm et cogitatio hūani cordis:pna sūt ad maluz ab adolescentia sua.Gen.viij. Cōtra h̄ est matrimoniū:p q̄d confert gr̄a ad repressionē ꝓcupiscētie. Predicta q̄ sacramēta sūt cause instrumētales sctificationis hūane: sine q̄b⁹ nō posset etiā papa remittere culpam aliquā:nr ꝓferre effectū pncipalē sacramenti sine sacramēto ptinet ad prātez excellentie:q̄ competit soli chr̄o fm q̄ hō: sic̄ ptz i maria Magdalena:cui dixit. Remittunt tibi pcta tua. Lu.vij. z Mat.ix. Et ex h̄ nota ꝫ illos q̄ dicūt. Est indulgētia pene z culpe. ¶ Quarta cā est materialis receptiua. Vide de ista cā: et de aljs trib⁹ seq̄ntib⁹:sic̄ scripsi in fmōe vr.s.vicz in fmōib⁹ q̄dragesimalib⁹ ō pctis in gñe. ar.iij.fmōe.x. vbi agit ō remedijs peccati mortal:q̄rū ad cām.pte.iij.v.vj.z.vij.

¶ De gloria aie.Ser.xiiij.

Ejdes tua te
salui fecit.Lu.xviij. Supra visum est ō quarto articulo fidei: nūc videndū est de quinto ptinente ad diuinitatē:vicz de opere dei:circa gubernationē nature humane.Qui q̄dē articulus sic in symbolo aplico ꝓponit.Carnis resurrectionē. In symbolo aūt Niceno dr̄. Et expecto resurrectionē mortuoz:z vitā vētur seculi Amen. Predictū aūt articulū apostolicū cōposuit dn̄s Matthe⁹ apls: sed doctores theologie ponētes.xij.articulos diuidunt istū articulū siue ista verba in duos articulos scz in gloriā corpoz̄ dñi dicit.Carnis resurrectionē. Et in gloriaz aie dum dr̄. Vitā eternā Amē. Primus autē articul⁹ istoz duoz̄ est gl̄ia anime: tum q: aia est nobilioz corpore:tum quia gl̄ia anie est ante siue ꝓior ꝛpe:q̄ gl̄ia corporis.Et ideo hodie dño ꝓcedente de gloria anie p̄dicabim⁹. In sequēti vero fmone de gloria corporis.Saluet⁹ ℣go D̄ni ria ꝛē. Pro fundamēto sermōis qui est ō gloria anime:oritur de ipsa anie gl̄ia theo

¶ Querit. Utrum (logicalis questio. anima beata maiorē habeat gloriam post corporis sui reassumptionē q̄ ante. Arguit⁹ q̄ non:anie gloria consistit in dei cōtemplatiōe z fruitiōe, Sed anima beata est magis apta ad cōtemplandū deum exuta corpori q̄ induta:igit. In oppositū: pfectioz est virtus in toto q̄ in partib⁹ separatis:sed quelibet pars dum actu est in toto :participat pfectione tot⁹:ergo cum gloria erit in corpore z aia beata post corporis sui reassumptionē/ania beata maiorem habebit gloriā post corpoz̄ sui reassumptionē q̄ ante.et sic questio manet.p vtraq̄ parte dubia. Ad questionē respondendum est fm Richar.iij.senten.di.xlix.ar. ij.q.vij.q̄ ania beata maiorē habebit gloriaz post corpoz̄ sui reassumptionē q̄ ān: quod probat tripliciter. Primo:q: quiuis creatura que est gaudij susceptibilis gaudet de maiori bono z amplioi tanto magis maiorem habet gloriam. Sed anima beata post corporis sui reassumptionem gaudebit de maiori bono et amplioi q̄

ante: qz nunc gaudet de bono suo ꝑpio tā
tū / z post gaudebit de bono suo z de bono
corpoꝛ sui. igit. Scdo quāto res habet ꝑ
fectiorē essendi modū pfectꝰ pōt habere
sue virtutꝫ operationē. Sed aia brā post
sui corporis reassumptionē habebit pfecti
orem modū essendi q̄ ante: qz ois pars hz
pfectiorem modū essendi in toto q̄ separa
ta ab eo: anima enim creata est vt homis
pars: cū ideo quia aia separata a suo coꝛ
pore ꝓstituerit iterū hois essentiaz. igitur
post corporis reassūptionē habebit potē
tiorem virtutē z pfectiorem modū essen
di q̄ ante. igit ꝛc. Tertio natura recta ñ
apperit naturaliter habere aliq̄d q̄ habito
nō fierer pfectioꝛ secundū modū essendi:
z fm virtutē. Sz natura cuiuslibet anie
est recta z quelibet apperit naturaliter re
assumptionē corporis sui: ergo per illam
reassumptionē fiet pfectioꝛ hz modū essen
di: z fm virtutē: ergo gloria anime beate
erit maioꝛ post corporis reassumptionem
q̄ ante. Ad argumētū dicit q̄ procedit de
aia q̄ est vnita corpoꝛi mortali / z nō ō coꝛ
pore glorificato. z hec est fides nr̄a ō qua
fit sermo: iuxta verba, Fides tua. Pꝛo in
troductiōe materie ꝑdicande notandū: q̄
firma cōclusio est in sctā theologia apꝛo
bata ꝑ fidem catholicā q̄ ania separata a
corpore: si nō habet in se aliq̄d pctm oꝛigi
nale / nec mortale / nec veniale: nec etiā est
obnoxia alicui pene reatus / statim euo
lat ad celū: vbi ꝓsequit vitā eternā. Pꝛo
batur hec ꝓclusio. Rōne / auctoritate / et
exemplo. Rō est multiplex. Pꝛima ē hec
In vita ista est status merēdi vel demerē
di, vñ cōparat militie z dieb⁹ mercēnariꝝ.
Job. vij. Milicia est vita hois sup terrā:
z sicut mercēnarij dies eius. Sed post sta
tū militie z laborē mercēnarius statim de
betur premiū vel pena bene vel male cer
tantib⁹. Vñ Leui. xix. dr̄. Non morabitur
opus mercennarij tui apud te vsq̄ mane.
Dñs etiā dic Joel. vlr. Cito velocit̄ red
dam vicissitudinē vobis sup caput vestrū.
Statim igit̄ post mortē reddit aie premi
um vite. Scda rō est arguendo de pena
inferni ad premium glorie. Peccatoꝛibus
em̄ statim datur infern⁹ post mortē. Job
xxj. Ducūt in bonis dies suos: et in puncto
ad̄ infernū descendūt. ḡ z iustis statim da
tur paradisus. Itē Lu. xvj. Moꝛtuus est
diues: z sepult⁹ est in inferno. Alias rōes
ponit brūs Thom. in. iij. ꝗstra gen. c. lxj.

Scdo ꝓbat auctoritate. ij. Coꝛ. v. Sci
mus em̄ q̄m si terrestris dom⁹ nr̄a huius
habitatiōis dissoluatur: q̄ edificationē ex
deo habeam⁹ domū nō manufactā: sed et
nam in celis. Itē Mat. xx. de operiꝝs qui
bus de sero data est merces denarij diur
ni Per sero aūt intelligit moꝛs: ꝑ denariū
diurnū vita eterna. Vñ dicit ibi. Cū sero
aūt factū esset dicit do. vi. pꝛo. s. Vo. op. et
redde illis mer. inci. a no. vsq̄ ad pꝛimos.
Ad idē dic apl's, Phil. j. Desiderīū habeo
dissolui z esse cū chꝛo. Chꝛist⁹ aūt in celis
est. Sperabat ḡ apl's statim post coꝛpoꝛ
dissolutionē se ꝓuenturū ad celū z chꝛistū.
Et sic idē q̄ ꝓius. Exemplū ō latrone
cui dixit dñs. Hodie mecū eris in paradi
so. Lu. xxiij. Quāte aūt sit excellētie z ma
gnitudinis gl'ia illa: si vellē hoc attentare
temerariū esset z ipossibile describere. Cū
Paul⁹ q̄ fuit raptus ad videndū illā glo
riam cū post q̄ ad se reuersus interrogare
tur: q̄dnam vidisset: nihil aliud matus de
illa gl'ia dicere potuit nisi q̄ oculꝰ nō vidit
nec auris audiuit / nec in coꝛ hois ascēdit:
que ꝑparauit de⁹ diligētib⁹ se. j. Coꝛ. ij.
Quid igit̄ attētabo exp̄mere gl'iam illam
quā nūq̄ vidi. cū is q̄ viderit: nesciuerit ex
p̄mere: Aliq̄ tñ de illa possum⁹ intellecta
cōprehēdere fm modulū nr̄m. fm q̄ theo
logi de ipsa aliq̄lit̄ tractauerūt. Notandū
igit̄. q̄ qz gloria vite eterne datur in pꝛemi
um victorie: quā hō habz ꝗra vitia z pec
cata ꝑ virtutes: iuxta illō. Qui vicerit da
bo ei sedere mecū in throno meo. sic̄ z ego
vici z sedi cū p̄re meo in throno ei⁹. Apoc̄
iij. Ideo fm numez virtutū pñt diuersa p̄
mia glorie adaptari. Sūt aūt septem virꝰ
tutures q̄b⁹ meremur vitā eternā: quaruz
tres sūt theologice: z quattuoꝛ cardinales
q̄bus respondēt septem p̄mia vite eterne.

Pꝛia virt⁹ theologica est fides: z huic
respondet diuina cognitio cū clara visiōe.

Scda virt⁹ theologica est spes: z huic
respondet diuina ꝓemplatio siue cōpꝛeꝰ
hensio cum firma adhesione. Tertia virꝰ
tus theologica est charitas: z huic respon
det diuina delectatio cū fruitiōe. Quar
ta virtus z pꝛimia cardinalis ē prudētia:

ꝛ huic respondet creaturaꝝ cognitio sine dubitatiõe. Quinta virt⁹ cardinalis est iustitia:ꝛ huic rñdet de oib⁹ exultatio cuz iubilatiõe. Sexta virt⁹ cardinalis ẽ fortitudo:ꝛ huic rñdet pacꝫ possessio absqꝫ perturbatiõe. Septima virt⁹ cardinalis est tẽpantia:ꝛ huic respõdet plena satiatio absqꝫ defectiõe. Pria tria ptinent ad gloriã essentialẽ aie:q̃ est gaudiũ de creatore. Alia ꝯtruor ptinent ad gloriã accidentalẽ q̃ est gaudiũ de creatura:sed incipe narrare a pmijs. Quoꝝ primũ premiũ est diuina cognitio cũ clara visione:ꝛ h respondet fides ꝛc. Et sic de singul'. Vel potes dicere: q̃ gaudia paradisi sunt .xij. et sũt ista:viz tres dotes aie:in q̃b⁹ consistit gl'ia essential'. Ite ꝯtruor corporis. Ite sũt q̃nqꝫ gaudia correspõdentia sensib⁹:q̃ oẽs actuabunt i gloria. Vide post festũ trini. pmõe. lxxxij. ꝑte. j. Vel fac aliũ ꝓcessũ pm q̃ scripsi in pmonijs de oꝛone dñica:sup scõa petitione scz. Adueniat regnũ tuũ ꝛc. ¶ Primũ ꝙ premiũ vite ete⁹ne est diuina cognitio cũ clara visione:ꝛ h respõdet fidei. Sic enim hõ ꝓ fidem humiliat intellectũ ad credendũ ea q̃ nõ videt ꝓpt diuinã auctoritatez: iuxta illud Apli. In captiuitatẽ redigentes oẽz intellectũ i obsequiũ chri. ij. Coꝛ. x. Ita cõgruũ est:vt merito hui⁹ fidei clare videat ea q̃ prius nõ visa credidit. Dic practice:quõ deus dic aie separate. Tu credidisti ea q̃ dicta sũt tibi ab eccl'ia/humiliando intellectũ tuũ:scz ea nõ vidisti. Idcirco in pmiũ hui⁹ ꝛc. Vñ statim ania videt essentiã diuinã:iuxta illud j. Coꝛ. xiij. Videbim⁹ eũ sicuti est. Et .j. Coꝛ. xiij. Nũc videm⁹ ꝙ speculũ in enigmate:tũc aũt facie ad faciẽ. Ite Jo. xvij. Hec est vita eterna:vt co.re.so.ve.de.ꝛ quẽ mi. Jesũ chm̃. In q̃ visiõe efficit aia btã. Vñ Augu. Ultio est tota merces. Quod intelligẽdũ est vel q: toram mercedẽ inchoat. vel q: ꝺdã modo totã mercedẽ causat. Succedẽte ꝙ visione cedit fides:q: de rõne fidei est q̃ q̃ credunt nõ videant. Vñ dic Apls/q̃ fides est sperandaꝝ subã rerũ/argumẽtũ ñ apparentiũ. Heb. xj. Et Aug. dic:q̃ fides est credere ꝺd nõ vides. Videt ẽt aia chz ꝛ ꝙginẽ Martã/ꝛ alios sctõs. Quantam aũt britudinẽ aia ꝓsequat ex hmõi ꝓsiõe: ipossibile est enarrare. Possuz aũt aliquid de hoc existimare ꝙ creaturã/ꝛ ex scriptura. Ex creatura ꝺcez tripliciter considera. Nota hic si vis ꝓfẽ plari quãta sit pulchritudo dei triplicẽ creaturã:ex cui⁹ ꝓsideratione hoc poterit ꝓcipi aliqualiter.

Primo ex creatura corpali.

Scõo ex creatura rõnali.

Tertio ex creatura spirituali.

¶ Et creatura corporali:q̃ est q̃si quedã scala habẽs. xiij. scalinos. i. ꝯtruoꝝ elemẽta:ꝛ. x. celos. Primo ꝙ ꝓsidera terrã. Secundo mare pulchꝝ ꝛc. Tertio aerẽ pulchruꝝ. ꝛ sic ascendas de gradu in graduz. ꝛ inuenies maritimã pulchritudinẽ celi empyrei. ꝛ sic differũt stelle in pulchritudine.

¶ Scõo ex creatura rõnali:q̃ est aia. Cõsidera ꝙ vna sola aia est pulchriꝝ: omnib⁹ creaturis corpalib⁹:ꝛ ẽt mille mũdis lõge nobiliꝝ. Dar. xvj. Quid ꝓficit homini si vniuersum mundũ lucref: aie ꝑo sue detrimentũ patiat: Aut quã da, homo commutationẽ ꝓ aia sua: Extra. de simo. c. Matthe⁹. in fi.). q. j. Sicꝫ neqꝫ. Ratio ẽ quia in ea relucet imago dei. Gen. ir. Ad imaginẽ quippe dei fact⁹ est hõ. Hinc est ꝙ si hõ dominaret toti terre/mari/ꝛ aeri. ꝛ etiã omnib⁹ celis ꝛ angelis:nunqꝫ ꝛtentaret:sed solo deo:quo habito sine istis cõtentaret. Et hec est pulchritudo natural' anie beate. Et cũ in paradiso sint q̃si infinite aie beate differentes in pulchritudine cogita quãta sit pulchritudo anie beatioris. Fulgebunt etiã iusti septies plus sole. Cum ꝙ tot sint anime beate quantum putas lucent: Intellect⁹ hebet/memoria ofuscatur:voluntas deficit ista cõprehendere. Et sic patet scõa scala. Sed ascende tertiã scalam q̃ sequit. ¶ Tertia ꝙ scala ẽ ꝓsideratio creature spiritualis:scz angelorũ:cõsidera tria. Primo eoꝝ pulchritudinẽ. Scõo eoꝝ multitudinẽ. Tertio eoꝝ distinctionẽ. Primo ꝙ ꝛc. Ita em̃ sũt pulchri angeli q̃ minim⁹ angelus ꝺ est in paradiso:est pulchrior decies pulchriori aia quã deus creauit: de pulchritudine naturali loquendo. Scõo vero multitudinez: qz sunt plures cꝫ arena maris ꝛc. Quilibet hõ vel bon⁹ vel malus habet angelũ i custodia de infimo ordine/nec soluz boies sed etiã plãte/ muscę/ pulices/canes:ꝛ q̃libet spẽs creaturaꝝ hz vnũ angelum ꝓ

thstodia: fm Aug. Origenē/ z Damascenum. Nā natura pulcis est tanta: q a nobis intelligi nō pōt: z est nobilior q̄ que/liber planta. Cū habeat esse/viuere/z sentire. Nec mireris de his: q: vides q domini tales habēt ministros sup canes/eq̄s/falcones. z sic de alijs. Et sic isti sūt solliciti circa officiū suū ꝓpter gratiam dñi sui acquirendā: sic z angeli multo plus. Ter/tio videas distinctionē: q: vnusq̄sq; angelus differt ab angelo specie. z sic vnus angelus est pulchrior altero. Verbi gratia. Secund⁹ angelus est pulchrior pmo angelo decies. tertius vigesies. quart⁹ trigesies. z sic de alijs: semp multiplicādo vsq; ad vltimū seraphin. Et ꝟsiderando terrā primo: sēdo aquā q̄ ē decies pulchrior terra. z sic de aere/de igne/de stellis. z sic ō celis, deinde ꝟsiderando pulchritudinē angelor; z animar: inuenies mirabilia. Sz quid de deo dicimus: qui hec oia creauit? Cui⁹ pulchritudo tanta est q̄ nulla comparatio inter creaturas z deum cadit/nec cadere potest. q: finiti ad infinitū nulla ē ꝓportio. z sic poterim⁹ vtcūq; cognoscere sz ex pulchritudine elementor;/celor;/syderum atq; planetar;/aiar;. in tanta multitudine ibi existentiū/necnon z spiritū beator; sz angelor;/archangelor;: quant⁹ splendor rutilantis decoris debet esse i aula illius summi imperatoris: quanta beatitudo: z quanta gloria. Et quo cōsiderari potest q̄ dulce q̄ gloriosum sit videre deū ꝑ essentiam: z eius curiam gloriosam. Figura de regina Sabba q̄ venit videre sapientiaz z gloriam Salomonis. De qua dicit textus. Videns aūt regina omnē sapientiam Salomonis z domū quā edificauerat. z cibos mense eius: z habitationes seruor;: z ordines ministrantiū: vestes q̄ eor;: z pincernas: z holocausta que offerebat in domo dñi: nō habebat vltra spiritū dirigz ad regem. Verus est sermo quem audiui. Et infra. Beator est sapientia z opera tua: q̄ rumor quē audiui. Beati serui tui. cē. iij. Reg. x. Item de Moyse. Exodi. xxxiij. vt supra dicit: Item de Petro q̄ vidit chām trāsfiguratū. Matth. xvij Videbis infra ꝓx. iij. Et creatura ꝟ q̄ pulchritudine deuenim⁹ in aliq̄lē cognitionē ipsius pulchritudis diuine. Vñ. Ro. j. Invisibilia dei ꝑ ea q̄ facta sunt a creatura mūdi. i. hoie intellecta ꝟspiciunt: sempiterna q̄q; virt⁹ ei⁹ z diuinitas. Ex pulchritudine etiā rei artificiate cognoscim⁹ sapientiaz artificis: in cui⁹ mēte longe excellētior est forma artis: q̄ in illa re materiali. Patz q̄ ex creatura hec noscim⁹. Itē ex scptura Quāta ēm dulcedie fruebat et reficiebat Moyses audiēdo vocē dei in mōte sinai. Exod. xxiiij. cognoscere possum⁹ ex hō q̄ q̄draginta dieb; z q̄draginta noctib; sine cibo z potu ꝑmansit: ita delectabat in audiendo vocem dei z loquēdo: cū tñ ille non essz de⁹: hz āgel⁹ loquēs in ꝑsona dī sicut dicit Stephan⁹. Act: vij. Et Apls Gal. iij. vbi dicit q̄ lex fuit ordinata ꝑ angelos i manu mediatoris. i. Moysi. Si igit tāta dulcedo fuit in audiendo vocē angeli: q̄nta est illa quā ꝑsequit aia in videndo deū ꝑ essentiaz: Vñ z Moyses hō petebat dicens. Si inueni gratiā in cōspectu tuo: ostēde mihi faciem tuā. Exo. xxxiij. Sz nō obtinuit. Vñ dixit dñs ei. Posterioza mea videbis faciem autē meam videre nō poteris id est simple in presenti vita. Sed vt dare intelligi q̄ in visione facie diuine ꝟsequitur ania maxima gloriā dicit ibidē. Ostēdam tibi omne bonum. Et concordat auctoritas christi dicentis. Hec est autem vita eterna: vt cognoscāt te solum verum deum z quem mi. xpm. Jo. xvij. Nota omne bonū quasi dicat. Quando videbis facie meaz videbis omne bonum. Et nota: q̄ diuina essentia videbit ab oib; beatis tota: sed nō totaliter, qui est infinita. Videbit tamen lympidi⁹ essentia, diuia ab vno q̄ ab alio. Et iste defectus erit ex parte videntis: nō visi: q: idem erit visum. Ex parte ē obiecti sz dei cū sit vnum simplicissimū nulla pōt esse diuersitas: hz ex parte potētie. Nā inquantū vna potentia magis erit perfecta lumie glorie q̄ altera/tanto pfectius operabit circa vnū z idem obiectū: sicut idem sol diuersi mode aspicit: vel eadē littera a diuersis legentib; ꝑm q̄ oculus magis vel minus est dispositus ad videndū. Est aūt notandū: q̄ trib; modis aliquid cognoscit: vel sz q̄ est vel sic est: vel q̄d ē. Primo modo cognoscit de⁹ i via et a malis. Ro. j. Inuisi. dei a creatura cē. Secdo mō videbit i ꝑria a bonis. Vñ. j. Joan. j.

Similes ei erimus: qm̃ videbim⁹ eū sicuti est. i. suā maiestatē/claritatē/bonitatē ⁊c. Tertio mō nec a bonis videbit/nec a malis: neq; in via: neq; i patria: qr finituz nūq̃ capiet infinitū. Videbim⁹ etiā deuz in se/⁊ deū in nobis/⁊ nos in deo/⁊ deum in creaturȝ/⁊ creaturas in deo. Cognoscere aūt deū in sua essentia est visio meridiana: cognoscere ꝑ creaturas in ꝑbo: est visio matutina. Videbit aūt deus sine medio deferēte ⁊ obnubilāte: sed nō sine medio disponēte. Predicta latius vide in cōpendio theologice veritatȝ. ¶ Scōm premiū glie eterne/est diuina cōprehensio cū firma adhesiōe: ⁊ hec rūdet spei. Nam qs hō in hac vita sperat se ꝓsecuturū qđ non habet, ideo in futura vita cōprehēdit ⁊ tenet qđ diu sperauit: ⁊ tūc succedēte cōprehensione deficit spes. Nam qđ videt quis qđ sperat: Ro. viij. q̃si dicat nihil. Cōprehendit ḡ ania deū: nō quidē cōprehēsione tali/q̃ includat deū cōprehensuz in secla: ꝟ est impossibile intellectui creato. Unde Aug. ad Paulinū in libro de videdo deū. Attingere mēte deuz magna est britudo: cōprehendere aūt est possibile: sed cōphendit ania deū cōprehensione rētionis: qr tenet eum ita fortiꝫ q̃ nunq̃ ab eo separari pōt. Vñ Cant. iij. dr aia. Inueni quē diligit aia mea: tenui eū nec dimittā. Vide de hoc qđ notaui in ſmonib⁹ q̃dragesima lib⁹ de decē ꝓceptis ſmone. j. in introitu. Cor. ix. Sic currite: vt comprehendatis. ¶ Tertiū premiū est diuia delectatio cū fruitione/⁊ resp̃odet charitati. Nā qr hic hō desiderat ⁊ diligit deū, tō ille maxime delectat de deo viso ⁊ cōprehenso. Delectatio em̃ ista ꝓsequit ad visionē. ⁊ ibi nō deficit charitas sicut fides ⁊ spes: sed magis ꝓficit. ꝓpter qđ dic aplus/q̃ charitas nūq̃ excidit. j. Cor. xiij. Quāta em̃ sit delectatio illa quā ꝓsequit aīa fruendo deū: nec lingua pōt exp̃mere/nec intellect⁹ ꝓcipere: sed possum⁹ hoc aliqualit̃ itelligere/ex delectatiōe maxia quā habet hō in creaturis. Quātam delectationē habet aua/rus in diuitijs: iam videm⁹ q̃tuz delectatur in illis: q̃ postponit corp⁹ suū/⁊ aiam suā: vt illas cōsequat. ḣnimo qđ peius est etiā postponit deū creatorē suū: dñm suuz gubernatorē suū/redēptorē suuz diuitijs. Deberet em̃ apertȝ oculis intellect⁹ ꝓsiderare, si tm̃ delectāt diuitie in hac vita/q̃ cōmunes sunt bonis ⁊ malis: ⁊ caduce ⁊ corruptibiles: nec facilit̃ animā bois brāz q̃ta delectatio debz esse in deo/q̃ est creator diuitiaꝝ ⁊ oīm rerū: Propt̃ defectū ergo hui⁹ ꝓsideratiōis imergit in ipis diuitijs. Et ꝓpt̃ ipas acquirēdas in qb⁹ sentit gustulā dulcedinis/postponit formale principiū oīm delectatiōis ⁊ dulcedinis. s. deū ⁊ facit sicut equus/q̃ qñ fameſcit: ⁊ aurīga ei⁹ vl̃ dñs dat sibi ordeū statim voluit sibi calces vt ꝑcutiat eū: ⁊ non ꝓsiderans q̃ dñs est ille q̃ dat sibi ordeū ⁊c. pō. Nolite fieri sicut equ⁹ ⁊ mul⁹ ⁊c. Sic ⁊ supb⁹ in honoribꝫ. sic ⁊ luxuriosus in luxuria: sic gulosus in cibo ⁊ potu. ḡ ex his debemus cogitare q̃ magna sit dulcedo in fruitiōe diuina. alioq̃n ꝑdit hō vtrāq; creaturā: qr deficit a creatore: qr illū noluit. Ideo dic scptura. Creature dei facte sunt in odium ⁊ in tentationē aie hoim/⁊ muscipulā pedib⁹ insipientiū, Sap. xiij. Possum⁹ etiā cōprehendere aliq̃d de magnitudine delectatiōis hui⁹ ex scptura. Nam Petr⁹ gustam illi⁹ dulcedinis diuie sentiēs adeo fuit inebriat⁹: q̃ ꝓrupit ad illa ꝙba. Dñe bonū est nos hic esse. Faciam⁹ hic tria tabernacula. i. moy. v. ⁊ he. v. nescies qđ diceret: vt dr. Mat. xvij. Et Lu. ix. Sic ergo David dicit tam magnā mīrtudinē dulcedinis/ex q̃ gustauit vnā guttā dulcedinis illi⁹: q̃ta debet esse dulcedo bibere abundant in illo flumine? De quo ps̃. Fluminis impetus letificat ciuitatē di. Propt̃ hoc sancti q̃ inebriant̃ illa dulcedie relinquebāt oia: possessiōes/agros/parentes/filios/frēs/diuitias/denicq̃ seipos/⁊ corp⁹ ⁊ vitaz: vt illā ad plenū lucrificarēt. Tradebant corpora sua bestijs/aque/igni/gladijs/supplicijs. ꝓpter ipam glīaz quā hic gustabāt ꝓpināte deo. Vñ Aug. in lib. ꝙfel. Introducis me dñe in q̃ndā dulcedinē/q̃ si ꝑueniam in me: si nō est vita eterna/nescio qđ sit aliud brā vita. Jrē Bē. Semel inde gustauī bone Jesu: ⁊ vtinam milliesies mori possem/vt iterq̃ te gustē. Jrē Hiero. in epla ad Eusto. c. xxvj. vbi sic ait. Scio qđ loquor charissima. Nā vt insipiētiā loquar: ego homūculus sic abiect⁹/sic vilis in domo dñi: adhuc viuēs in corpe/ange/

lozuz sepe choris interfui: de corporeis p hebdomadas nihil sentiēs etiā diuine, vi/sionis intuitu post multoꝝ forte dieꝝ spa/cia ꝑsci⁹ futuroꝝ corpi reddit⁹ flebam: qđ ibi manēs felicitatis habebā: qđ inenarra/bilis delectatiōis sentiebā/testis ē ipsa trinitas quā cernebaz: nescio q̄ intuitu te/stes sūt z ipsi bti spūs q̄ aderāt. testis est z ꝓscia mea: q̄ tantz bonis ipe fruebar q̄t et q̄lia nescit pferre mollities corporis mei. Ūñ vna stilla illi⁹ glie ogustata, Stepho/no lapides dulces fuerūt, Laurētio crati/cula, sic Vincētio, sic Agathe. ego i his pe/nis ita dele: tor sic q̄ bonū nuntiū audit: z sic q̄ magnū thesauꝝ inuenit: vl̄ q̄ videt q̄d diu desiderauit. Sic ēt talis dulcedo sepe tollit dolorē z timorē mortz. imo cū dele/ctatiōe mortē hō. Nota exēplū de q̄dā pa/ralytico noie Seruul⁹. De q̄ Greg. refert in. iiij. dialo. Vbi tñ sup hoc patet extra in legēdis sctoꝝ. ¶ Quartū premiū ē cre/aturaꝝ cognitio q̄ rīdet ꝓudētie. Sic ei hō p virtutē ꝓudētie hui⁹ ē diligēs ad in/telligendū ea q̄ sūt dei: vt illis mediantib⁹ queniat ad ipm deū: sic merito hui⁹ ꝑtz q̄ dotat aia oi scia. Qis em aia videns deuz cognoscit. Da silitudinē. sic si haberemus corā nobis speculū cogscim⁹ et videmus oia q̄ relucēt in speculo: sic i ꝓposito. Qim em creaturaꝝ idee relucēt in mēte diuia: z hō videntes deum oia vident sil̄ in ipso. Greg. Quid est q̄ hō nō videāt q̄ videntem oia videt: De h̄ dic Tho. p. j. q. xij. ar. viij Ūñ nota q̄ aia vni⁹ rustici vel pueruli ba/ptizati videns deū plus cogscit de rebz di/uinis vel hūanis: q̄z alīqs vnq̄z doctor i p/senti vita existens: z certius z clarius inco/parabiliter. Nota q̄ aia separata pōt hīe tri/plicē cognitionē de creaturis. Vnā. p spe/cies acquisitas: si hic in pñti vita acquisuit sciaz zc. Scdo p species infusas: etiā si sit aia pueri baptizati. Tertio p cognitionez in vbo. Et nota q̄ sic spōsis carnalib⁹ tria danť kz dos: donatio ꝓpt nuptias: z para/fernalia: sic z aie btē. Vide in cōpēdio the/ologie. ¶ Quintū premiū est de oib⁹ exul/tatio cū iubilatiōe: qđ rīdet iustitie. Sic em hō in hac vita oib⁹ reddit debitū p vir/tutē iustitie. Itē q̄ p iustitiā afflixit se i h̄ mōo p ꝓtritionē de pctis p ꝓfessionē: p sa/tisfactionē: p disciplinas: p ieiunia: per ele/mosynas: p oꝛones: p peregrinatiōes: per afflictionē sensuū: z hmōi opa que ptinēt ad penitentiā/q̄ est pars iustitie: z oi crea/tura iuste vsus est. Jō delectabīť ibi i alia vita z gaudebit ō oib⁹. Primo de deo. Se/cundo de angelis. Tertio de alijs sanctz: z coꝝ ꝓsortio. Ūñ ibi nullus inuidet: sz gau/det vnus de maiori glia alteri⁹. Vnō nec vellet hīe gl̄iam illi⁹. Nā si de⁹ daret eis electionē dicēdo vni. Tibi gloriā illi⁹ ma/iozis: Rīderet, nō dñe: qz nō est mihi ꝓ/portionata. Sic filius minoz non inuidet de tucnia maioris filij: qz nō est sibi ꝓpor/tionata, vñ de oim gloria gaudent. Vide/bunt q̄ iusti deū vt gaudeāt, videbūt glo/riā sctoꝝ: vt cōgaudeāt. videbunt q̄dz pe/nas reꝓbozuz: vt de periculozuz evasione gr̄as agant, Gaudebūt igiť de oib⁹ creatu/ris: z etiā de dānatis: licet sint parētes sui ps̄. Videbūt iusti z ti. z sup. e. ri. z di. Ec/ce hō qui non po. d. ad. s. sed spera. in. mul. di. s. z pzeua. in va. sua. Itez. ps̄. Lerabiť iustus cū viderit vindictā. Ūñ Esa. xxxv Gaudiū z letitiā obtinebunt: z fugiet do/lor z gemit⁹. Et iō ex abundantia gaudij cordialis, prumpēt in laudes diuinas, ps̄. Beati q̄ habitāt i domo tua dñe: in se. se/lau. te. ¶ Sextū premiuz est plene pacis possessio: q̄ rīdet fortitudini. Quia em fu/it hic in vita ista fortis z patiens circa in/firmitates sibi immissas a deo z ꝓtuelias sibi illatas a ꝓximo: iō ibi/plena pace erit. Ecōtra mali z dānati erūt in ꝓtinuis tri/bulatiōib⁹ z guerris. vnde molestabunť z patienť ab oib⁹ creaturis. Sap. xvj. Crea/tura ei tibi factori deseruiēs: exardescet in tormētū aduersus iniustos. Erit igiť pax inter deū z btos: inter angelos z ipsos be/atos mutuo/nō timebūt guerrā: non ho/stes zc. ps̄. Qui habitare facis vni⁹ morz in domo. Itē Esa. xxxij. Sedebit ꝓpls me/us in pulchritudine pacis: in tabernaculť iustitie z in requie opulēta. ¶ Septimū premiū est plena satietas: q̄ rīdet tempe/rantie. Quia em hic esuriuit hō/sitiuit/ie iunauit: z fecē vigiliā. iō ibi habebit festū. vbi plene satiabiť in mensa chīi. Ūñ chīs Lu. xxij. Ego dispono vobis sic dispo. mi/hi pī m. re. vt eda. z bi. sup m, m, in re. m, Ecōtra mali: q̄ hic faciūt festū comedēdo z bibendo zc. Jō ibi faciēt vigiliam: quia

esurient ꝛ sitient: ꝛ petent ꝛ nō dabit eis Exemplū hī de diuite epulōe: qꝛ iam sūt mille q̄dringenti anni ꝛ plus q̄ petijt gut tam aque ꝛ nūq̄ habuit/nec ineternū habebit. Lu. xvj. Jō dic̄ Esa. ꝛ loq̄t dñs per os eius damnatis siue petōribꝫ. Pro eo q̄ vocaui ꝛ nō respondistꝭ. locut⁹ sum ꝛ non audistis: ꝛ faciebatꝭ malū in oculis mīs: ꝛ q̄ nolui elegistꝭ: ꝓpter hō dic̄ dñs de⁹. Ecce serui mei comedēt ꝛ vos esurietꝭ. Ecce serui mei letabunt: vos aūt cōfundemini ꝛc̄. Esa. lxv. pō. Satiabo⁹: cuꝫ apparuerit gl̄ia tua. Nota q̄ Nicola⁹ de lyra sup illō verbū Gen. j. Creauit de⁹ cete grandia &c q̄ hebrei dicūt hic q̄ istud genus piscīū est incredibilis magnitudis ꝓpter qō si multiplicata fuissent indiuidua destructū fuisset seculū: qꝛ mare nō esset nauigabile: nec alij pisces possent stare in mari. Jō postq̄m deus creauerat hanc speciē in sexu masculino ꝛ femininō occidit femellā ne mltipli carent indiuidua: ꝛ reseruat eam iustꝭ ad comedendū in futuro seculo. Et q̄ꝓꝛ iudeos cecidisse in errorē saracenoꝝ q̄ brītudinē future vite ponunt in delectationibꝫ corpalibꝫ ciboꝝ ꝛ venereoꝝ. Quod nō solum apud catholicos absurdū reputat: sz etiā apud gentiles pb̄os: q̄ beatitudinem ponūt in opib⁹ intellectiue partis: asserētes vitam voluptuosaꝫ esse vitā porcorū: vt ptz in. j. Ethi. Propt̄ q̄ beatitudo non ibi est ponēda: cū felicitas nullo mō pertineat ad bruta aīalia: sed solū ad intellectualē ꝛ rōnalem creaturā: ꝓpter q̄d theologi bene ponūt brītudinē in visiōe ꝛ fruitiōe ipsi⁹ dei, ꝛ ab hac brītudine aie post resurrectionē fiet redundātia ad corpus ꝑ quā fiet gloriosum ꝑ dotes corp̄is: inter quas ponit impassibilitas. ꝛ ꝑ sequēs resurrectio erit ad vitā īmortalē: opib⁹ nutritiue ꝛ generatiue nō indigentē. Et ad hoc sūt auctoritates clarissime noui testamti. Sz qꝛ nō recipiunt a iudeis: ad h̄ pōt adduci auctoritas ꝓphete dicentꝭ: Satiabor cum apparuerit ꝛc̄. qꝛ ex brītudine aie fiet talis redundātia ad corpus: q̄ satiabit hois appetitus. Ad h̄ aūt fac̄ exemplū Moysi q̄ existens in monte cū dño. xl. diebꝫ ꝛ xl. noctibꝫ nō comedit: nec̄ bibit: cōfortio tātū dñi satiatus. Et multo minus in statu future brītudinis vsus ciboꝝ est ponendus. Hec Nicolaus de lyra. Si tibi videbitur poteris ꝓpter prolixitatē sermōis derelinquere hoc q̄d oī de Nicolao ō lyra.

De resurrectione vniuersali. Sermo. xv.

Fides tua te salvū fecit. Lu. xvij. Supra sermone, primo visum est de ḡnto articulo fidei ꝓtinente ad diuinitatē: viz de glorificatiōe aiaꝝ. Modo ḡ seq̄t videre de sexto articulo diuinitatꝭ. scz de glorificatiōe corpoꝝ. De qua dic̄ symbolū apostolicū. Carnis resurrectionē. Erit aūt circa hunc articulū triplex cōsideratio. Prio vtrū resurrectio sit futura. Scdo quomō. Tertio qualis. Et de q̄libet pōt fieri vn⁹ sermo: sed tantū de duab⁹ p̄sideratiōibꝫ p̄dicabim⁹ hodie vnū sermonē: ꝛ cras aliū. Salutet virgo ꝛc̄. Pro fundamēto sermonis q̄ est de resurrectiōe vniuersali: oritur de resurrectione theologicalis questio.

¶ Querit. Utrum omnes resurgent in eisdem locis in quibus fuerūt sepulti. Arguit q̄ nō. resurrectio erit a morte: ꝛ motus magis de prope respicit locū mortis q̄m sepulture. q̄ resurgent in locis in quibus decesserūt. In oppositum. Ezechiel. xxxvij. Ego aperiā tumulos vr̄os: ꝛ educaꝫ vos de sepulchris vestris ꝓpl̄e meus. ergo oēs resurgent in locis in q̄bꝫ fuerunt sepulti. ꝛ sic questio manet pro vtraq̄ parte dubia. Ad questionē respondendū est ꝑ m Rich. xlij. senten. dist. xlij. arti. vj. q. iij. q̄ mortui resurgent in illis locis in q̄bꝫ temporaret surrectionis erit pars ꝑncipalior corporis siue ibi a ꝑncipio fuerunt sepulta eorum corpora siue non: aut illo rpe ꝓtingat alicuius corporis partes eque ꝑncipales esse in pluribus locis: vtpote quia medietas capitis ꝛ medietas corp̄is ꝛ medietas oriū aliorū membrorum in vno loco: ꝛ alie medietates in alio: ꝛ sint eque distantes a loco mortis ꝛ loco iudicij: tunc cum non sit ratio quare magis resurgat in vno loco q̄m in alio. Dicendū est: q̄ rōnabiliter est q̄ resurgat in illo loco in quo de⁹ eū resurgere voluerit. Et ad argumentū dicit: q̄ resurrectio non tantum erit a morte: sed

etiã ab incineratõe: que incineratio respicit locum sepulture: z hec est fides nostra. de qua fit sermo: iuxta verba ꝑassumpta. Fides tua zc. Pro introductõe materie ꝑdicande est notandũ: q vera cõclusio ẽ in sancta theologia per fidem catholicaz aprobata: q oẽs homines mũdi qui fuerũt sunt z erunt: siue boni siue mali cuiuscũq secte: cõditionis vel status: aut etatis fuerint: resurgent in nouissimo die cũ corporibus ꝓpriis. Hoc probat rõne: z auctoritate. Ratiõe aũt quadruplici ad hoc ꝓbandũ.

Prima sumit ex pte diuine iustitie
Scda ex pte diuine sapientie.
Tertia ex parte diuine clemẽtie.
Quarta ex pte humane aie.

¶ Prima ẽ rõ sumit ex parte diuine iustitie z est ista. Ad iustitiam diuinam ptinet q ille premiet vl puniat q meruit vel peccauit. psal. Duo hec audiui: q potestas dei est. Scz ad puniendum malos. Et tibi dñe misericordia: scz ad premiandũ bonos: qa tu reddes vnicuiq iuxta opa sua. In hac aũt vita/ qr actiões (vt ait ꝓphs) sunt suppositorũ: neq aia sola: neq corpus solũ: sz hõ et aia z corpore cõpositus peccat vel meretur: ẽ debeꝫ toti homini fm aiam z corpus premiũ vel pena. Manifestũ est autẽ q in hac vita hoies premiũ vltime felicitatis ꝓcq nõ possũt. Multotiẽs etiã nec iusti in hac vita premiãt: imo ꝓtra: iuxta illud Job. xxi. Impij viuũt: z sublimati sũt ꝓfortiaq diuitijs zc. Ad idẽ. Hiere. xij. Justus quidẽ tu es dñe zc. Vide supra sermone. vij. pte. j. Vt ẽ sit retributio bonis z malis: necessario est iteratã aie z corpori ponere ꝓiunctionẽ. Vbi hõ in corpore z aia premiari z puniri possit. Et ꝓfirmatur hec ratio auctoritate Apli dicentis. Oẽs nos manifestari oportet añ tribunal xpi: vt referat vnusquisq ꝓpria sui corpis gessit: siue bonũ siue malũ. ij. Cor. v.

¶ Scda ratio est ex parte diuine sapientie: ad quã pertinet oia ordinare: et nihil inordinatũ relinquere. Manifestũ est aũt q ois pars extra suũ totũ existens/ est inordinata. partes aũt hois sũt aia z corpus ẽ ab inuicem separate inordinate manẽt fm naturã. oportet ẽ dicere q sapiẽtia dei que oia ordinat z disponit: fm illõ Sap. viij. Sapiẽtia attingit a fine vsq ad finẽ fortiter z disponit oia suauiter: cõiungat iterũ aiam corpori: vt natura ordinẽt. Et ꝓfirmat ratio: est em cõtra naturã anima esse absq corpore: cũ sit fm essentiã suam corporis forma. Cũ igit anima sit immortalis (vt supra ostensum est) remanet q sit resumptura corpus suũ immortale: quod erit in resurrectiõe vniuersali. Nã nihil q dem ꝓtra naturã potest esse ꝑpetuum. nõ igit perpetua erit aia absq corpore. ergo resumet quandoq corpus. Et hoc ponit frãs Tho. in. iij. contra gentiles. c. lxxix. Vñ apostol⁹.) Cor. xv. Oportz corruptibile hoc induere incorruptionẽ: z mortale hoc induere immortalitatẽ. ¶ Tertia rõ sumit ex parte diuine clemẽtie. Nã q christũ liberati sumus ab oib⁹ his q per pcm̃ primi hominis incurrim⁹: z multo magz: q potentior est gr̃a christi ad liberãdũ: cõ pcm̃ Ade ad destruendũ siue ad inficiendũ: vt ꝓbat Apl⁹ Ro. v. Si em̃ vni⁹ delicto mlti mortui sũt: mlto magis gr̃a dei z donum in gratia vni⁹ hominis Jesu christi in plures abundauit. Peccante aũt ꝓmo homine: nõ solũ in nos peccatũ deriuatũ est: sed etiã mors q est pena peccati: fm illud Ro. v. Per vnũ hoiem pec. int. in mun. et ꝑ pcm̃ mors: necessariũ est ẽ q ꝑ christus ab vtroq liberẽt: a culpa. s. z a morte. Vñ ibidez ꝺr apls. Si vnius delicto mors regnauit ꝑ vnũ: multo magis abundãtiã gratie z donatiõis/ z iustitie accipientes: in vita regnabũt ꝑ vnũ Jesum christum. Et idẽ Apls. j. Cor. xv. Chs̃ resurrexit a mortuis primitie dormientiũ: qm̃q dem ꝑ hoiem mors: z ꝑ hoiem resurrectio mortuoꝝ. Effectũ aũt mortis chri q̃tũ ad remissionẽ culpe ꝓsequimur in sacramẽtis: qr sacramẽta in virtute passiõis chri operant. effectũ aũt resurrectiõis chri quãtũ ad liberationẽ a morte in fine seculi consequemur. Est igit de necessitate fidei credere resurrectiõez mortuoꝝ futurã ee: fm b. Tho. in. iij. ꝓtra gen. c. lxxv. in pncipio.

¶ Quarta ratio sumit ex pte ipsius anime humane. Naturale em̃ desiderium qõ a natura non frustra plãtatũ ẽ oportz impleri: qr nihil natura frustra instituit. Naturale aũt est hois desiderũ ad felicitatẽ tendere. Vñ Boetius in. iij. de ꝓsolatõe. Omnis mortaliũ cura quã multiplicium

studio⁹ labo⁹ exercet, diuerso q̄dē calle, p/
cedit: ad vnū tñ btitudinis finē nitit̄ que
nire. Itē ibidē. Naturalit̄ mentib⁹ hoim
veri boni est inserta cupiditas. Felicitas
aūt vltima ē homis pfectio. Cuicūq; igit̄
deest aliq̄d ad pfectionē: nondū hz felicita
tē pfectā: q; nōdū ei⁹ desideriū totalit̄ q̄/
ratur. Vñ t Boe. dic̄: q̄ btitudo ē status
oim bonoꝝ aggregatiōe pfect⁹. Oē imp/
fectū naturalr̄ pfectionē cupit. Aia aūt a
corpe separata: q̄uis sit btā p dei visionē et
fruitionē nihilomin⁹ est aliq̄ mō impfecta
sic̄ ois ps extra suū totū existens. Aia em̄
est ps hūane nature naturalr̄. Vñ sp desi
derat naturalr̄ aia vniri corpi. Vñ t Joā.
in Apoc̄. dic̄: q̄ Subt⁹ altare dei scti cla/
mant: vindica sanguinē nr̄m q̄ effusus est
zc̄. Et Apoc̄. vj. Usq̄q̄ dñe sc̄tus t ver⁹
nō iudicas t vindicas sanguinez nr̄m: de
bis q̄ habitāt in tra? Sup q̄ tertu ōt Glo.
Dō aie sc̄ōꝝ sūt existētes subt⁹. i. in mi
nori dignitate q̄ sint future. Vñ t Aug.
xij. sup Gen. ad lram: cū quesisset: vtrū spi
ritib⁹ defunctoꝝ sine corpib⁹ possit sūma
btitudo illa prebere? Rñdet: q̄ nō. sic pñt
videre incōmutabilē substam vt scti angeli
vidēt: sine alīa latente cā. siue tōo q̄ est in
eis naturalr̄ q̄dā appetit⁹ corp⁹ administrā
di. Igit̄ necessaria ē corpis resumptio ad
pfecta btitudinē adipiscendā. Natura di/
co: nō q̄dē essentialit̄: iz de bñ esse. Confir
mat̄ aūt hec rō auctoritate apli dicēz. Ex
pectatio creature reuelationē filioꝝ dei
expectat. Q; t supra. Ipsa creatura libe/
rab̄ a seruitute corruptōis in libertatē glo
rie filioꝝ dei. Scim⁹ em̄ q̄ ois creatura i/
gemiscit t ptirit vsq̄ adhuc Ro. viij. Ptz
p rōne t auctoritate, q̄ resurrectio corpoꝝ
sit futura. Et confirmat̄ ēt auctate vteris
testamēti. Vñ Job. xix. Scio inq̄t q̄ redē
ptor me⁹ viuit: t in nouissimo die d̄ terra
surrectur⁹ sum: t in car. m. vi. sal. m. quem
vi. sum e. i. t nō a. t oc̄li m. ispec. sūt. Itez
confirmat ipsa vitate diuina. Nota q̄ sadu/
cei accesserūt ad Jesuz negātes resurrecti
onē de muliere q̄ habuit. vij. viros zc̄. q̄si
volētes resurrectionē ad incōueniēs redu
cere: sic̄ legit̄ Matth. xxij. Et Lu. xx. Dic
histoziā t rñsionē chr̄i. Ad predicta adde
q̄d notat b. Tho. in. iij. d. gen. c. lxxix. vbi
sic git̄ q̄ p chr̄m resurrectio sit futura. Dō
videam⁹ quō illa gñalis resurrectio fiet.
Jnueni hoc in q̄dā aucitate illius magni
doctoz̄ q̄ studuit in studio sctissime trini/
tatez̄. s. Jesu chr̄i: in q̄ ipse dñs ponit modū
t practicā resurrectiōis dñi dicēris. Nolli/
te mirari hoc, s. opus resurrectiōis: q; veit
hora in qua. o. q̄ in mo. sūt audi, vo. fi. dei.
Et pce. q̄ bo. fe. in re. vi. q̄ po ma. ege. i re.
iu. Joā. v. vbi dñs ponit clausulas: in q̄b⁹
ostendit̄ q̄ illa generalis resurrectio habe
bit sex additiones: videlicet.

Prima q; erit ptuosa: ibi, nolite mirari ħ.
Secda q; erit subitosa: ibi, venit hora.
Tertia q; erit copiosa: ibi. In q̄ o. q̄ in
Quarta q; erit timo (monumētis sūt
rosa: ibi. Audiēt vo. fi. dei.
Quinta q; erit g̃liosa. Et proce. q̄ bo.
Sexta q; erit doloiosa. (fe. in re. vi.
ibi. Qui vero ma. ege. in re. iu.

¶ Dico primo: q̄ resurrectio vniuersalis
erit ptuosa: q; res tanto est ptuosior t ex
cellentior: q̄nto ab excellētiori ptute t pos
tentia procedit. Maior aūt ē potētia t virt⁹
dei incōgabilit̄ q̄ potētia nature: t iō re
surrectio illa erit ptuosior oi potētia natu
rali: q; nō fiet p naturā/nec̄q ptute alicui⁹
creature: sed solū ptute dei. Iō dic̄ prima
clausula. Nolite mirari ħ: q̄i dicat. si hec
resurrectio moztuoꝝ fieret p naturā/vel
ōstellationē/vel virtute elementoꝝ: ħ esset
mirandū: imo nec credendū. Et iō philo/
sophi pagani nō credebāt resurrectionem
corpoꝝ: vt ponit Aug. xxij. de ci. dei. c. xij.
Nā virtute nature fieri nō pōt: vt corpus
corruptum idē numero reparet: q; nō est
regressus a pura priuatiōe ad habitū. Na
tura em̄ semp q̄ formam aliquā operatur
quod aūt habet formā tam est. Vñ sepm
nihil tam generare pōt: sed generat aliq̄d
aliud fm̄ speciē simile. Cū vero corrupti
est/formam amisit: que poterat esse princi
pium actionis. t ideo operatione nature
quod corruptum est idē numero reparari
nō potest. De⁹ ergo est ille q̄ corpora mor
tua eadem numero reparabit. Et ideo nō
est mirandū: quia si deus creauit omia ex
nihilo quod maius est, q̄d mirum si corpo
ra corrupta reparare potest quod min⁹ ē:
q; presupponit materiā? Iō de ħ nō mira
bat̄ sanctus Job. d. Scio em̄ q̄ redēptor
me⁹ zc̄. Job. xix. Vlō. s. Nota Redēptor

me⁹.i.Chīs:q; tpe Job.viuebat in ꝟtuz deus.Ego ſpe ⁊ nō alius.ſ.hō q; idem hō nūero q̄ luz ero tūc: ſed phī attendētes ad ꝓncipia phīe/q̄ in virtute nature fundāt: mirabant de reſurrectiōe:adeo q; nō potē rant credere. Vñ legit Act̄.xvij. q; cum Paul⁹ iuiſſet athenas ⁊ ibi p̄dicaret:phī ipm libēter audierūt p̄dicantē de articlis fidei:vſq; quo p̄dicauit eis articlm reſurrectionis.Vñ em̄ p̄dicauit eis hunc articulū:admirātes dixēt adinuicē. Quid vult ſeminiuerbi⁹ hic dicere:Alij dicebāt. Nouoz demonioz videt hic annūciatoz eſſe: q; Jeſum ⁊ reſurrectionē annūciabat eis Nota.Seminiuerbi⁹:q; p̄dicabat Paulus ſimplicit fidē/⁊ nō curabat de rōnibꝰ phīcis:nec de ornatu verboz:ſicut ipe ōt j.Coī.ij.Sermo me⁹ ⁊ p̄dicatio mea non in ꝑſuaſibilibꝰ humane ſapiētie ꝟbis: ſed in oſtenſione ſpūs ⁊ virtutis:vt fides nr̄a nō ſit in ſapiētia hoim: ſed in virtute dei. Et idō phī illi murmurādo ꝯtra Paulū dicebāt. Quid vult ſeminatoz verboz:q; ipi attribuebant cauſis naturalibꝰ/⁊ dicebant, Natura nō pōt hoc facere:ḡ nō fiet. Sed nō valet arguīntū. Sicut dicere.iſta ancilla nō pōt hoc:ḡ nec rex:q; natura nō eſt niſi ancilla dei, Jō apl's de phīs dicit. Euanuerūt in cogitationibꝰ ſuis: ⁊ obſcuratū eſt inſipiēs coz eoz. Dicētes em̄ ſe eē ſapiētes:ſtulti facti ſūt. Ro.j. Nota hic q; Paul⁹ conuertit Dionyſiū ariopagi. Dic modū de ara cōſecrata. Jgnoto deo/⁊ de reſurrectōe cuiuſdā mozui ⁊c. Vel meli⁹ de illūinatiōe cecī:vt habet̄ in legēda bri Dionyſij. Jnuenit̄ rūi q; quidā phī platonici poſuerūt eadē tp̄aliū rez volumia replen ꝟtute nature:ſic ꝟbi gr̄a.ſicut in iſto ſecło Plato phs in vrbe athenienſiū:⁊ in eadē ſchola q̄ Academica dicta eſt diſcipulos docuit: ita q; inumerabilia retro ſecła mīis q̄dē ꝑuiis intervallis:ſed tñ certz.ſ. triginta ſex milibꝰ ānis:⁊ audiuit, idē plato eadē ciuitas.⁊ eadē ſchola:idēq; diſcipuli reperti ⁊ q; inumerabilia demū ſecła reperēdi ſūt: vt Aug. introducit.xij. de ci. dei.c.xiij. vbi Aug. poſtq̄ retulit p̄dictā falſam poſitionē:ſic ait. Abſit vt nos iſta credam⁹. Sel em̄ chīs mozt⁹ eſt.q; petis nr̄is: ſurgēs aūt a mozt⁹ iā nō mozit̄ ⁊ mozs ei vltra nō dñabit̄:⁊ nos poſt reſurrectionē ſq; cū dño erim⁹. Cui mō dicim⁹ qō ſacer admonet.ps̄,Tu dñe ſua.nos:⁊ cuſtodies nos a ge,hac ietern̄. Satꝫ aūt iſtis exiſtimo cōuenire qō ſeq̄t. Jncirculatu impij ambulant. Non q; q; circulos ḡs opinant̄/eoz vita eſt recurſura:ſed q; mō talis eſt erroꝛis via.i.falſa doctrina. Hec Aug. Vñ ibidē. Aug. ōt q; quidā referre volūt ad ꝓbandū hunc erroꝛē illud qō ōr. Eccl's.j. Quid eſt qō fuit: Jpm qō futurū eſt, Quid eſt qō factū eſt: Jpm qō faciendū eſt. Nihil ſub ſole nouuz:nec valet q̄ſq; dicere. Ecce hic recens eſt. Jā em̄ p̄ceſſit in ſeclis q̄ fuerūt ante nos. Sz vt ōt b.Tho.in.iij. ꝯ gentil'.c.lxxxij. vbi agit q; boies reſurgēt imoꝛtales. Predicta ſūt erronea:nec eſt intelligēdū qō ſup̄ dicit ſcriptura. Eccl's.j. q̄ſi eadē numero p̄gnationes varias repetant̄:ſed ſiłia ſpē:ſic ⁊ grana ſeminā̄t ⁊ coꝛrūpunt̄:⁊ eadē ſpē ſurgūt ⁊ naſcunt̄ nō eadē numero:vt Aug. ibidē ſoluit. Et Ariſt.in fine ō gn̄ationē:ō ipm docuit:ꝯtra p̄dictā ſectā loquēs:ſm btm Tho. Quidā aūt ꝟba p̄dicta. Eccl's.j.ſic intellexerūt tanq̄ in p̄deſtinatiōe dei iam facta fuiſſe oia,ſapiēs ille voluiſſet intelligi.⁊ iō nihil recēs eſſe ſub ſole ſic Aug. refert.xij.de ciui.dei.c.xiij. Sic ḡ ꝟtute nature impoſſibile eſt/q; eadē nūero reputātur:ſed ꝟtute dei ſic: ſic in reſurrectōe vniuerſali ꝯtinget. Et q̄ apparz q; reſurrectio illa erit ꝟtuoſa. Et ſic ptz primū. Jgit nolite mirari hoc. ¶ Secō dico/q; reſurrectio vniuerſalis erit ſubitoſa. Jn hac vita indigem⁹ mītis annis anteq̄ ſim⁹ ꝑfecti viri:ſed tūc in pūcto reſurgem⁹ in ꝑfectos viros,iō ōr. Venit hoza. Non dicit venit ann⁹ vel ſeptimana vel dies:ſed venit hora:q̄ eſt minoz pars tp̄is q̄ vtimur ad loquendū cōiter: q; in illa hoza in q̄ mozt̄ audient voce illā.d.ſurgite mozt̄ui ⁊ venite ad iudiciū:nō oportebit eos excitari de vno in vnū:ſed ſubito oēs reſurgēt. Vnō ōr apl's. Ecce myſteriū vobis dico, Oēs quidē reſurgem⁹:ſed non oēs imutabimur:in momēto in ictu ocłi in nouiſſima tuba.j.Coī.xiij. Jmmutabimur Glo.in imoꝛtalitatē gl̄oſam. Sed ꝯtra.j.Theſ. iij. Mozt̄ui q̄ in chīo ſūt reſurgēt p̄mi.ḡ in reſurrectiōe coꝛpoꝛ erit ꝑfectas ⁊ poſteriozitas reſurgentiū. Rū.ſm.d.Tho.ſup

illo tex. vbi reprobat3 q̄busdā opinionib⁹ dixit sic Apl's nō ponit hic ordinē resurrectiōis ad resurrectionē: 3 ordinē ad raptū vl occursu3. Nā ꝓmo veniēte dño morieñ q̄ inueniēñ viui, 7 tūc statim cū illis q̄ priꝰ mortui fuerāt resurgēres reperienñ in nubib⁹ 7c. vt Apl's hic dr. hec b. Tho. Vt de sup hunc tex. Hico. ō lira. q̄ dicit q̄ ista posteriozitas 7 pozitas non pōt referri ad actū resurgēt⁹. Nā oīes resurgēt in eodē instāti: vt. s. dictū est. Nec pōt hic accipi pozitas dignitat3: q̄ pres veter3 testamēti in resurrectōe nō erunt digniozes apl's q̄ erūt assessozes iudic3: fm illō Mat. xix Sedebitis 7 vos 7c. Propkea dr ipse/q̄ ista pozitas 7 posteriozitas sit referēda ad quietē in chō p bonā mentē: sic iungendo Ifam. Mortui q̄ in chō sunt. i. q̄escūt et⁹ fide mortui: ꝓmi respectu nr̄i q̄ adhuc viuim⁹: resurgēt cū posteris. Deinde no3 q̄ viuim⁹: supple q̄escēres in chō i eius fide moriēdo. sic rapiemur cū illis iam resuscitati cū ipis obuiā chō veniēti ad iudiciū in aera: vbi pferet sniam iudicij sup valle Iosaphat 7c. Nota p declaratiōe dicti tex⁹ apl'i. s. Ego mysteriū vobis dico 7c. j. Cor. xv. q̄ sunt tria ꝯsiderāda in resurrectione vīi. Primū ꝯgregatio ossium seu cinerū vel membro⁹: 7 hoc fiet in tpe ministerio angelo⁹: q̄ ibi erit mot⁹ corpalis qui non pōt fieri in instanti. De h dicit apl's q̄ fiet in momēto: qō est pars tp̄is lic3 brevissima. Scōm erit informatio/seu infusio aiar⁹ in corpa. Et illa fiet in instanti. Ideo dr Apl's. In ictu ocli. i. in instanti. Cū fiet. Rūder. In nouissima tuba: que est illa vox terribilis. Surgite mortui 7c vt dicā infra in. v. ptē, 7 tūc oēs mortui resurgēt ad modū filij/q̄ exijt de vētre matris. vñ Esa. vlt. Quis audiuit vnq̄ tale: 7 q̄s vidit huc sil'e. Nūq̄d parturiet terra in die vna/aut pariet gens sil'. Non parturiet terra. Propt hoc terra dicit mat nr̄a: q̄ tenet oēs in ventre tam mortuos/q̄ viuētes/7 nascituros. Primus filius⁹ eius fuit Adam: q̄ formatus fuit de limo terre. 7 sic 7c. Dic de q̄cūq̄ statu hoim: q̄ oēs de terra formati sut: ideo dr hō ab humo. Jō Eccli. xl. Occupatio magna creata ē in oib⁹ hoib⁹: 7 iugū graue sup filios Adā a die exitꝰ de ventre mris corpis: vsq̄ in diē sepulture in matrē corpis. Jō Job. j. Nud⁹ egressus sum de vtero mris mee. nudus reuertar illuc. Terra g̃ in die iudicij pariet oēs mortuos in silitudine mris 7c. Sed differentia tñ erit. Primo mulier/qñ parit claramat multū 7 dr mlta ꝑba: 7 tñ non parit: nisi vnū vl duos filios. Terra aūt ad vnā vocē tube pariet plusq̄ mille mlia in vna ventrata. Et q̄s posset nūerare. Jtē mulier parit vnū filiū paruulū quē postea nutrit cū labore: sed terra tūc pariet oēs filios oētatis. xxx. vel. xxxij. annor⁹. Jn tali ei etate Adam fuit format⁹ 7 ihs resurrexit. Vñ etiā pueri in vtero mris mortui i tali etate resurgēt. Aucroritas. Jpe dedit q̄s dā apl'os/q̄sdā aūt ꝓphas. Alios ꝓ euangelistas. Et. j. Donec occuram⁹ oēs in vnitatē fidei/7 agnitōis filij dei in virū pfectū: in mensura etatis plenitudinis chi. Ephe. iij. Nec ꝓter h erūt alia corpa licz sint alia accidētia. Nā mutatio accidētis nō mutat subam corpis: sicut patz in eo q̄ crescit in magna q̄ntitate: cū tamē qñ exiuit de vtero matr3 erat valde paruus. sic 7 in ifirmo post⁹ fact⁹ est sanus 7c. Est tñ notandū q̄ licz oēs resurgēt in eadē etate: tñ nō in eadē statura: sed in illa statura q̄ libet resurget: ad quā natura si impedita nō fuisset q̄cūq̄ tpe pduxisset. De q̄ vide Aug. xxij. de ciui. dei. c. xiij. 7 sequēti. Jtē oēs resurgēt in sexu ꝓprio. Vñ Aug⁹. vbi sup. c. xvj. Melius mihi sapere vident q̄ vtrūq̄ sexuz resurrecturū esse nō dubitāt. nō em libido ibi erit: q̄ ꝓfusionis est causa. Nā primūq̄ peccassent nudi erāt: 7 non cōfundebañ vir et femina. Corpib⁹ g̃ illis vitia detrahent/natura seruabit. Non est aūt intrīū sexus femine⁹: sed natura. Dec Aug. ¶ Tertia ꝯditio resurrectōis erit: q̄ resurrectio erit copiosa: q̄ oīs creatura hūana resurget/siue bona siue mala/cuiuscūq̄ secte fuerit. Ideo dicit tertia clausula. Oēs q̄ in monumētis sunt 7c. Et resurgent. Sed fm Glo. pōt intelligi ille tex⁹ stor. Sed fm Glo. pōt intelligi ille tex⁹ de duplici resurrectione. s. anie 7 corpor. Vne em̄ sunt resurrectiōes. Una anie in presenti qua resurgit a petis: de q̄ Apl's Ephe. v. Surge q̄ dormis: exurge a mortuis 7 illuminabit te chr̄s. Altera corpis

in futuro. Potest ergo ille textus intelligi de pma resurrectone anie: ideo dr. Nō resurgent impij in iudicio pma resurrectiōe q̄ est in fide. i. a peccatis: z hoc in iudicio. s. vt se iudicēt z accusent penitēdo z cōfitendo peccā. Necp pec. in consi. iustoz. Glo. vt voluntatē dei suis pferant volūtatib⁹: qđ est contra iustoz. Vel aliter littera. In consilio. i. in pcordi multitudine iustoz. Et est idem sensus cū prioꝛ: z accipit eos dē peccatores z impios. Scđo modo intelligit de resurrectione corpis in iudicio futuro. Et sic iteruz dupliciť intelligit. Uno modo. Non resurgēt impij in iudicio. s. vt iudicent: necp peccatores in consi. iustoz. i. in iudicio: quod concilium dicit: z sic pro eodem accipimus impios et peccatores. Alio modo vt alios accipiamus impios: alios peccatores. Nam vt dicit Glo. impij sunt infideles/idolatre/apostate/q̄ cū resurgent nō iudicabunt: qz iam iudicati sunt. Jo. iij. Qui nō credit: iam iudicatus est. Peccatores sunt falsi chriani q̄ non resurgent. s. vt iudicent: sed iudicabunt ranni. Un nota ꝓz Glo. quattuoꝛ ordines in iudicio erunt. Alij nāq̄ erunt qui iudicabunt z non iudicabunt: vt apli z alij pfectissimi. Alij q̄ nec iudicabunt nec iudicabunt: quia iam iudicati sunt. sententia eī dānationis eoꝛ toti ecclie nota est: vt infideles. Alij iudicabunt z saluabūt: vt mediocriť boni. Alij iudicabunt z dānabuntur: vt mediocriť mali: ꝓz Glo. Resurgēt oēs mortui. z etiaz qui viui reperient morient. Sed pōt hic q̄ri/q̄ beati z dānati resurgent: iam hic supꝛ phatuz est: sed de pueris q̄ in originali tantuz mortui sunt: ad quid resurgent: Non quidē ad beatitudinē/nec ad dānationē: sed duplici resurgēcōne. Primo ad habendū naturā pfectaz Pertinet eī ad sapientiā dei pficere naturā: vt supꝛ dictum est in introitu. Scđo ad accusandū parentes vl illos quoꝛ effectu mortui sunt ipi sine baptismo. Dicit practice: sicut scripsi in smonib⁹ de peccatis in genere articlo. ij. ser. iiij. vbi agit de morte q̄ est pena originalis pcti. in fine sermonis. Sed circa pdicta diceret aliquis, Multi sunt mortui quoꝛ corpa nūq̄ fuerunt in monumētis: quia fuerūt a bestijs deuorati/vl submersi/vl cōbusti. chris aūt dicit solū de illis q̄ in monumētis sunt: g quid erit de alijs ꝛc. Pro declaratiōe nostrandū: q impossibile est aliquē mori/q̄cūq̄ modo quin sepeliat in aliquo monumēto. Unō nota/q deus fecit quattuoꝛ monumēta generalia ꝓ coꝛpib⁹ humanis generādis z sepeliendis: z nullus est hō qui in aliquo istoꝛ nō sepeliat. Ista quattuoꝛ monumēta sunt q̄ttuoꝛ elementa: terra/aqua/aer/z ignis. Terra est monumentuz cōmune: sed nobili⁹ monumētū est aqua: Licet nō sit ꝓsuetuz: qz illi qui sepeliunt in aqua cōmedunt a piscibus: sed qui in terra a vermib⁹ z serpentib⁹. Adhuc nobili⁹ est monumētū aer: in quo sepeliunt suspēsi: qz comedunt ab auibus. Alij sepeliuntur in igne sī cōburunt. Qui aūt comedūtur a bestijs/tandē oportet q̄ resoluantur in elemēta ex quib⁹ fuerunt cōpositi. Nullus ergo est qui in aliquo istoꝛ monumēntoꝛ nō sepeliatur vl in oīib⁹. Q⁹ aūt elementa dicant monumēta ꝓbat auctoritate: in ps. Audite hec oēs gentes. Et post Sepulchra eoꝛ. s. hominū: domus illoꝛū ineternū. Nota. Ineternū. Nec monumēta ꝓpli/nec regum/nec chri durabunt ineternū: quia ignis cōflagrationis destruet oīa. ergo necessario auctoritas intelligit de elementis: qz nullū aliud monumēntuz ineternū durabit. Et de istis elemētis loq̄t chris: q̄n dicit. Oēs q̄ in monumētis sūt.

¶ Quarta ꝓditio ꝛc. qz erit timorosa resurrectio siue formidolosa. Nō oñdit cuz dr. Audiēt voce. fi. dei. Quidā docto. dicūt q̄ erit illa vox chri. Nō ꝓbat in ꝓbis pdictis. Quidā ꝓo dūt q̄ erit vox Michael archangeli. Et vtrūq̄ est verū. Un eī p eo clamat: vox ei⁹ est q̄dē vox sua misterialiť z executiue: ꝓz est vox regis iubētis impatiue. Sic i ꝓposito ꝛc. Jō q̄nq̄ dr illa vox vox filij dī. q̄nq̄ vero dr vox Michaelis archāgeli: vt hīc. j. The. iij. Ipse dns i iussu z in voce archāgeli: z in tuba dei descēdet de celo/z mortui q̄ in chro sunt resurgēt ꝓmi ꝛc. Dic pctice. Michael g̃ ad iussū chri clamabit ad q̄ttuoꝛ ptes mūdi. s. orientē/occidentē ꝛc. altissima voce dicēdo. Surgite mortui venite ad iudiciū. Tunc subito z in istanti oēs aie q̄ sūt in paradiso: i purgatorio: z in inferno: z i limbo puerop induēt coꝛpa sua. ps. Ecce da. v. sue vo. ꝙ. O q̄ terribilis vox erit illa dānatis. Da fiducinē de illis q̄ sunt in carcere ꝙt alij

ꝺd crimen capitale: qñ audiũt sententiam vt iuspẽdant ꝛc. Nota de illo ꝙ cũ esset in carcerat⁹/audiuit ab illo dño qui eũ detinebat. Confitere: qz faciã te diuidi ꝙ medium: quo audito cecidit in terrã syncopizãdo vt semimortu⁹. Cur nõ timẽt nunc istã vocẽ: magis timebũt tunc: sed scti multuz timebãt. Vñ Hiero. Siue inquit comedã siue bibam/siue ꝺd aliud faciã: semper videt in meis auribꝫ intonare illa vox terribilis. Surgite mortui/venite ad iudiciũ Sic z legit in vitaspatrũ de duobꝫ eremitis: ꝙ tuerũt ad colligendũ palmas: quoꝝ vnus timẽs cecidit: z ad se reuersus dixit socio querenti ꝺd nam haberet. Fuit mihi visum ꝙ audiuerim illã vocem. Surgite mortui ꝛc. Rogo te ducas me ad cellã vt ibi me inueniat illa vox. Et nos nõ timemus: Vꝫ illis ꝙ nõ timent. Adam timuit vocẽ dei dicentẽ. Adã vbi es: Vñ dixit Vocẽ tuã de⁹ audiui in paradiso/z timui eo ꝙ nud⁹ essem: z abscondi me. Gen. iij. Et tñ illa vox erat vox misẽdie: qz vocabat eũ vt parceret ei si veniam postulasset: quãto magis plus timebũt illi ꝙ audient vocẽ in infernꝫ: Quãto etiã magis debemus timere nos istã vocẽ que est vox rigoris z iustitie: Jõ hodie: si vocẽ ei⁹ audieritis ꝙ est vox misẽdie. nolite obdurare corda vestra: qz ꝙ audit vocẽ dei nunc: non timebit tũc. Alioquin ꝛc. Vñ Job. xxxvij. Tonabit de⁹ in voce sua mirabiliter. Quita ꝺditio ꝛc: qz vniuersalis resurrectio erit gl̃iosa. s. electꝫ. Vñ dic. Et pce. qui bo. fe. in res. vi. Corpa eñ bt̃oꝝ resurgẽt cũ ẽtruꝝ dotibꝫ: de qbꝫ hz supra ẽmõe primo: iz vltra illas dotes habebũt etiaz alia ẽmia in corpibꝫ: qz oẽs sensus corpis mirabili ꝺlectatiõe fruẽt. Hã ẽmo delectabit visꝫ in videndo mirabilem pulchritudinem celorum. Nota quãtum delectatur visus hic. in videdo pulchrã eccl̃iaz et marmora z sculpturas auri z argẽti ꝛc. Jtẽ ꝺ pãno purpureo facto ab hoie: ꝺd erit ꝺ cel̃ qui fuerũt formati a tota scrã trinitate cũ toto suo studio z prudẽtia z arte: ẽ ꝛc. Vnꝺ Esa. lx. Tũc videbis z affluues z mirabit̃ z dilatabit cor tuũ. Scꝺo satiabit audit⁹. Si tantũ delectab hõ in audiẽdo sonũ cithare ꝛc. qui son⁹ resultat ex budellis seu visceribꝫ bestie: ꝺd erit tũc audiẽdo cant⁹ angelorꝫ. Nota miraculũ de religioso sancta ꝙ trecẽtis annis stetit sine cibo/nec fuit antiquat⁹ audiẽdo cantũ angeli i forma auicule ꝛc. De isto cantu dic Jo. Cãtabant canticũ nouũ añ sedem dei: z ante ẽtruoꝝ aialia z seniores. Apoc. xiij. Ante ẽtruoꝝ aialia. i. ante scẽtos noui testamẽti z seniores. i. ante scẽtos veteris testamẽti. Vñ sup illud. ps. Exultatiões dei in gutture eoꝝ: dic Augu. ꝙ corda z lingue non desinent laudare deum. Tertio satiabit odoratꝰ. Quanta fragrantia erit de vulneribꝫ christi z de corpe ỹginis Marie et aliorũ scẽtorꝫ: Nõ posserꝫ cogitare. Si tanta fragrantia erit de rosis z liljs z violis ꝛc. quãta erit ibi ꝛc. Nota exemplũ ꝺ Balena quõ comedit: qz trahit pisces ad odorem suũ qui exit de suo ore: vt dic b. Tho. sup Job. Jõ Canta. j. Trahe me post te: z curremꝰ in odorem vnguentorꝫ tuorꝫ. Quarto satiabit tactus. Nota ꝙ sensus tactus magis delectatur ẽ alij sensus: vt dicũt philosophi. Si tanta delectatio est in creaturis ex tactu: quid erit ex tactu corporis christi quẽ omnes electi poterũt tãgere z amplecti z osculari: Unde ecclesia. Qui pascis inter lilia: septus choreis virginum: sponsus decorus gloria: sponsisq; reddens premia. Quinto satiabit gustus ex cibo z potu: nõ illo quem bestialis humetus promittit. s. ex fluminibꝫ lactis z mellis: quia nõ est regnum dei esca z potus: sed ex cibo qui propinatur ex mensa christi. Vide supra sermone proximo parte vltima. Unde dominus Luc. xij. Ego dispono. sicut dispono mihi pater m. ꝛc. Nota Sicut disposuit mihi pater meꝰ: quia filꝫ christus ex puidentia patris cũ laboribꝫ z tribulationibꝫ ad illud regnum venit: iuxta illud Luc. vltimo. Nonne oportuit christũ pati: z ita intrare in gloriaz suam: sic z nos: iuxta illꝺ Act. xiiij. Per multas tribulatiões oportz nos intrare in regnũ dei. Jtẽ Ro. viij. Non sunt cõdigne passiones huiꝰ temporis: ad futuram gloriaz que re. in nobis. ¶ Sexta ꝺditio. qz resurrectio vniuersalis erit dolorosa. s. z malis. Vñ dicit. Qui vero ma. ege. in resurrectione iudicij: id est damnatiõis. Vñ Dan. xij. Sic erit i ꝯsumatõe seculi. Exibũt angeli z segabũt malos ꝺ medio iustorꝫ z mittent

tent eos i caminū ignis ardēt; ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Sicut em corp⁹ gloriosum erit ipassibile: subtile: agile: ⁊ clar. Sic corp⁹ dānati ecōtra passibile: valde grossum: graue: ⁊ obscur. Nota exemplū qđ sepsi. j. sermone, prio pte. vj. i fi. Potes etiā h tāgere illud pūctū: quō erit possibile q̄ corpa dānator. sint passibilia ⁊ imortalia. Vide qō scripsi in sermōib⁹ q̄drageſimalib⁹ de pnia, in fmōe de iferno, pte. v.

De qualitate corporū resuscitandorū Sermo XVI.

Fides tua te saluū fecit, Luc. xviij. Dicto sup̄ vtr ⁊ quō corporū hūanor. resurrectio sit futura. Nō sequit pdicare d̄ q̄litate corpor. resuscitādor.: quod ptinet etiā ad eundē articulū septū fidei ad diuinitatē ptinētē. Salutef ẏgo Maria ⁊c.

¶ Pro fundamēto sermōis q̄ ē de q̄litate corpor. resuscitādor. ortk theologicak qō.

¶ Querit Utr corpa btōr. erunt clara: Arguit q nō. Corporis claritas obiecta oculis/de necessitate videt. Sed discipuli post resurrectiōem viderunt chm: nec tn refert scptura q in corpe ei⁹ aliquā claritatē vlderūt, igit. Jn oppositū Matt. xiij. Tūc fulgebūt iusti sīc sol in reg̃ pr̄is eor. igit corpa btōr. erūt clara. Et sic q̄stio manet p vtrag̃ pte dubia. ¶ Ad q̄stionē respondendū est fm Rich. sup. iij. sen. dist. xlij. ar. ij. q. vj. q corpa beator. erunt clara, quia vt ait aplus ad Phil. iij. Saluatorē expectam⁹ dōm nostrū Jesum chm q reformabit corp⁹ hūilitat; nostre conformatū corpi claritatis sue. Sed q̄ claritas illa causabit a britudine anie: q̄d ine/qualiter btī participant. ideo si corpa erūt clara: nō tn erit eqliter. nō tn p multiplicationē corpis claritas causabit a claritate anime: sed p hoc qō educit de potētia corporis p vtutē beatitudinis anime, et hoc erit p vtutē supnaturalis agentis. Nō tn est intelligendū q̄ oēs partes corpis eqliter clare erunt/nisi fm pportiōem quā magis reqret corpis pulchritudo. Et ad argumentū dr: q claritas glorioſi corporis est donū ex merito volūtat; et ideo ei⁹ occultatio ⁊ manifestatio impio voluntatis subdek. ideo chr̄s noluit manifestare discipulis suis corporis claritatē: quia eā non sustinuisset humanus atq̄ infirmus aspectus/quādo ille a suis ita debebat attendi vt posset cognosci. et hoc ait Aug. xxij. de ciui. dei. c. xix. Et hec fides nr̄a: de q̄ imp̄/sentiar fit fmo iuxta ẏba pāssumpta ⁊c.

¶ Pro introductiōe materie pdicāde: est notandū/q ē oclusio vera in sacra theologia/q fidez catholicā approbata: q post q̄ resurrectio/corpor. hūanor. erit facta: gloria ipsi⁹ anie quam ipsa consequit pncipaliter ex visione diuina (vt s. dictum est in sermone, xiij.) redūdabit in corpus: ita q corp⁹ erit etiā glōsum. sicut lumen redūdat in laternaz vitream vel crystallinam. Qualiter aūt ipm corpus glorioſum erit et quā gloriā consequit: declarat apls dicens. Saluatorē expectamus dōm nostr. Jesum christū: qui reformabit corp⁹ humilitatis nostre configuratū corpi claritatis sue. Phil. iij. Et quo habemus q illa gloria erunt dotata corpa beator. post resurrectionē/qua ⁊ corpus christi: vt membra capiti conformenk. iuxta illō. Quos pciuit ⁊ pdestinauit cōformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse pmogenit⁹ i multis frarribus Rom. viij. Corpus chr̄i aūt habuit q̄tuor dotes ⁊ habet post resurrectionem. Sic ḡ ⁊ corpora btōr. habebunt q̄tuor post resurrectiōem ex redundantia glorie anime: vt supra dixi. Que aūt sint iste q̄tuor dotes: adhuc exp̄ssius declarat apostol⁹. j. Cor. xv. dicens. Sic erit resurrectio mortuor. seminak corpus in corruptione: resurget in incorruptione. seminak in ignobilitate: surget in gl̄ia. seminak in infirmitate: surget in virtute, seminak corp⁹ animale: surget spūale corpus. Et nota q bene compat Aplus sepelire vel mori ad seminare. quia sicut granū vel semen altō prius seminak ⁊ corrūpit/postea germīat et facit fructū: iuxta illud Joan. xij. Nisi granū frumēti cadēs in ter. mortuū fuerit ipm so. ma. si aūt mor. fu. mul. fruc. affert. Sic ⁊ corp⁹ hūanū non pr⁹ pōt resurgere ad vitā gl̄osam: nisi prius corrūpak. Jōo j. Cor. xv. Quod tu seminas/non viuificak nisi prius moriak. Ponit ḡ apostolus in pdicta auctoritate q̄tuor dotes cor/

portis glorioſi. et ꝑmo

Prima dos erit impaſſibilitas rigoro/ſa: dum ór. Semi. cor. in cor. ſurget in in/cor. Et iſta adq̃rit merito patiẽtie.

Scõa dos erit claritas gl̃iosa: dũ dicit Semi. in igno. ſurget in gl̃ia. Et iſta adq̃rit merito continentie.

Tertia dos erit agilitas v̄ gozosa: duz ór. Semi. in infir. ſurget in ꝓtute. Et iſta adq̃rit merito diligentie.

Quarta dos erit ſubtilitas ꝓtuosa: dñ dicit. Semi. cor. aiale: ſurget cor. ſpi. Et iſta adq̃rit merito abſtinentie.

Oẽs p̃dicte dotes fuerũt et ſunt in corpe chr̃i. z ſic erũt in nob: tñ diuerſimode. qa chr̃s ex potentia diuinitatis vſus eſt iſtis dotib⁹ etiã añ mortẽ. nos aũt ſolũ poſt re/ſurrectiõem. Et rõ d̄fferentie eſt: qa ania chr̃i etiã dũ viueret in carne mortali erat gl̃iosa z fruebat deo ꝓter vnionẽ diuie z hũane nature in ꝑſona filij dei: que vnio fuit facta ab inſtanti cõceptiõis. et tõ glo/ria anie debebat z poterat redũdare i cor/pus. ſed q̄ non redũdaret/pcedebat ex diſ/penſatione diuina: vt poſſet in corpe ſuo exercere myſterũ noſtre redẽptiõis: patiẽ/do z moriẽdo. Idez b. Tho. ꝓte. iij. q. xlv. ar. ij. Oñq̃ tñ dotes corpis oñdit dum vi/ueret: vt gl̃iaz aie ſue z potentiã diuinita/tis manifeſtaret: vt infra dicet. Eſt tñ no/tandũ q̄ ſicut ór b. Tho. in. iiij. ſen. di. xlix. q. iij. ar. ij. chriſto nõ cõuenit ratio dotis. vt nõ ita ꝓprie ſicut alijs ſanctis. ea tamen q̄ dotis dicunt excellẽtiſſime ei cõuenũt.

Quispuras est fidelis seruꝰ z prudens. Mat. xxiij. ¶ Pro fundamēto ſmonis q est ō bto Gregorio: q dicit dei seruꝰ oritur de huiusmodi theologicalis questio. ¶ Queritur vtrū seruitꝰ impediat ordinis susceptionē. arguit q nō. Paulꝰ ad Galat. iij. in christo Jesu nō est seruꝰ neq liber. g ita pōt ordinari seruꝰ sicut liber. In oppositū decre. di. j. q. nulli. nlli ō fuit cōditio ad sacros ordines p̄moueant/nisi pus a p̄elatis dñis legitimā libertatē cōsequant. Itē habet extra. de seruis nō ordinādis. De seruoꝝ ordinatiōe statutū est: vt nullꝰ epoꝝ: deinceps ad sacros ordines eos p̄mouere p̄sumat. Itē decre. di. j. q. Sicqs obligatꝰ est tributo seruili/vel aliqua condictione/vel patrocinio. iō cuiusliber dñi nō est ordinandꝰ clericus: nisi p̄bate vite fuerit/z patroni p̄sensus accesserit: sz nullus potest recipe quēcūq ordinez quin sit clericꝰ: ergo seruitus impedit cuiuscunq ordinis susceptionē. Et sic questio manet p vtraq p̄te dubia. ¶ Ad q̄stionez rn. est ꝺz Richar. ō media villa sup. iij. sentē. di. xxv. ar. j. q. j. q seruitꝰ nō impedit alicuꝰ ordis susceptionē de facto: sz q ordinat vere ordinē suscipit tn impedit cuiusli: bet ordinis susceptionez de iure. Jure em̄ rales phibent ordinari/nisi p̄ius sint redditi liberrati: vel nisi sit ō p̄sensu dñoꝝ. si em̄ dñi cōsentiant ipso facto efficiunt liberi z consentire p̄sumunt: nisi sciant et possint rectamente. decre. j. q. vj. seruus sciente. insuscep tiōe em̄ ordinis mancipat hō diuinis officijs. z q seruꝰ sui potestatē nō habet cuz sit dñi sui: vt ait phs. j. politi. c. iij. seruꝰ est res aliata possessa: nō pōt se dare huitio ecclesiastico: q nullꝰ p̄t dare q̄ suū nō est. hec rō tangit implicite. decre. di. j. c. j. vbi dicit: debet esse imunis ab alijs qui diuie militie est aggregandꝰ: vt a castris dñicis ꝯb nomē eiꝰ asscribit. nullius necessitatis vinculis abstrahat. Si aut̄ seruꝰ ordinet dño suo nesciente q ordinet et ordinatore z p̄catore ignorantibꝰ q sit seruꝰ. tūc si nō est ꝓstitutꝰ nisi in minoribꝰ ordinibꝰ reuocat in huitutē z dño reddit. decre. di. v. q. j. nulli. z. c. ex antiqs. Si seruꝰ ordinatus sacerdos peculiū nō habeat: dño ꝺz fuire rebꝰ honestis ſm ordinē suū. Si aut̄ seruꝰ ordinet dño ignorante seu p̄tra dicēte z ordinatore seu p̄catore scientibꝰ q sit seruꝰ ille qui scit duo mancipia dño dare tenet si nō habeat vnde hac faciat satisfactionez dño reddet: seruꝰ ordinatꝰ. pōt aūt dñs seruum ordinatū ip so ignorāte repetere infra annū a tpe scientie sue. vt patz eadē di. Si seruꝰ. in tex. z in glo. Et ad auctoritatē argumenti ꝺz: q intelligit q̄ ad meritū nō q̄ad officiū: et de h̄ loq̄t Gozrition sup. iij. di. xxxvj. q seruꝰ triplicit ꝺz. Primo modo a fuiēdo: tūc dñs malo suo seruire nequā. Scōo ꝺz seruꝰ a fuiendo z fuando: et sic p̄elati dicunt fui suoꝝ subditoꝝ. Tertio mō ꝺz seruꝰ a seruādo: vt sūt fui dñi: et sic btūs Greg. fuit seruꝰ dñi: iuxta verba p̄e assūpta: Quispuras ꝛc. . Ad istaz q̄stiōez dñi rndet possumꝰ z dicere. Dñe tu meiꝰ nobis incōparabilit nosti q̄ est fidelis ꝛc. Sed q̄ dignaris nos iterrogare, rndemꝰ. cum oi humilitate tue scissime maiestati: hoc mō q quāuis pauci reptiank. tñ aliqui sūt ex gra diuina. Inter q̄s refulget Hie. qui fuit fuus p̄udēs z fidelis. Tria g̃ de eo dicunt. Primo q fuit fuus q̄ ad deuz. Scōo p̄udēs: q̄ ad se. Tertio fidelis: quo ad primos. Primo g̃ Greg. fuit seruꝰ dei: z h̄ bene et rōnabiliter. Quadruplici em̄ ratione vnuſq̄q nostrū debet seruire deo ſm q ꝺcit̄uoꝝ sunt genera seruoꝝ.

Quidā em̄ sunt vernaculi.
Quidā sunt captiui
Quidā sunt emptitij
Quidā sunt mercēnarij

Vernaculi dei sumꝰ z nos rōne creatiōis
Captiui: rōe acq̄sitiōis seu expugnatiōis
Emptitij: rōne redemptiōis
Mercēnarij: rōne reꝑomissiōis

¶ Primo g̃ sumus vernaculi. i. in domo nati: ex p̄pria ancilla rōne creatiōis. Nam primi parentes nostri fuerunt serui dei: ratione creationis. Si em̄ qui facit domuz vel vineam est dñs illiꝰ: ex eo q edificauit vel plantauit illam quātomagis deus ꝛc.

Nos aũt sum⁹ nati ex ipsis in ꝺomo dei q̃ est mũd⁹ Baruch.iij. O israel ꝯmagna est domus dei: z ingens locus possessiõis eius, magn⁹: nõ habens finẽ. ¶ Scõo sumus captiui: rõne acquisitiõis: qz cũ pmo essem⁹ captiui diaboli q̃ in bello publico z a pncipe deo bannito: vicerat pmos parentes z ꝓsequenter seruos ei⁹ facti: iurta illud .ij. Pe.ij. A quo em̃ ꝺs captus est huius z huus est. postea ad clamorẽ setorum patriarchaꝝ/z ꝓpheraꝝ excitat⁹ dñs: belauit cũ diabolo in campo clauso crucis et ipsum manu inermi z affixa cruci fortiter ꝺbellauit: z sic nos a diabolice fuitutẽ vinculo liberauit: et suo suaui iugo subegit.

¶ Tertio sum⁹ emptitij serui dei: ratiõe redemptiõis. Venit em̃ christus tãꝯ mercato: ad forum hui⁹ mũdi: qui dat primo arram: et postea totum precium soluit in banco tc̃. Sic dñs dedit arram in die circũcisionis: et postea in banco crucis: in tãtũ q̃ nihil remãsit sanguinis in sacratissimo corpore suo/nisi alique pauce gutte quas etiã post mortem effundere voluit: qñ miles lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis z aqua. Joan.xix. et sic redemit nos. Jõ dicit Petrus. Scientes q̃ non corruptibilib⁹ auro et argẽto redẽpti estis de vacua vestra ꝙuersatiõe: sed pretioso sanguine q̃si agni incõtaminati z imaculati Jesu chr̃i.j. Pe.j. Nota redempti iterum empti. Declara tc̃. Vide in dominica pma post octauas pasche ser.q̃ incipit. Ego sum pastor bonus. parte.j.

¶ Quarto sumus mercẽnarij: rõe repromissionis. Mira benignitas dei. qz lz esse mus serui eius: ratione creationis/ratiõe acquisitionis/z ratione redemptiõis: z cõsequent nihil mercedis deberem⁹ ex seruitio recipere. Nam sic dicit dñs Luc̃.xvij. Luz ꝺia bñ feceritis dicite. Serui inutiles sumus qꝺ debui. fa. fe. tñ voluit repromittere seruitio nostro mercedẽ denarij diurni Mat.xx. Quia igit b. Greg. ista cõsiderauit: idcirco optimis rõnib⁹ motus iere uiuit dño: z ideo ꝺr seruus dñi. Seruiuit em̃ deo prudenꝫ z fideliter. Jõ sequit prudẽs: z est scꝺa ps ſmõis. ¶ Scõo q̃ dicit q̃ b. Greg. fuit huus prudens. Multi em̃ boies, ꝯuis sint serui dei q̃ ad ius fuitutẽ: sicut z oẽs hoies hoc modo sunt fui dei vt victũ est: tñ nõ sũt serui dei: q̃ ad actũ fuitutis: qz nõ sũt prudẽtes: qz ꝓmittũt se decipi ab hostib⁹ dei: sic fuerũt ꝓmi parẽtes q̃ magꝭ crediderũt diabolo dicẽti. Nequa̅ moriemini: ꝯ deo dicẽti. Morte moriemini. Jõ dic̃ dñs. Estote prudentes sic serpẽtes: z simplices sic colũbe Mat.x. Ad idẽ Hiero.xvj.q.j. Si cupis. Habeto simplicitatẽ colũbe ne machinerꝭ dolos: z serpentis astutiã: ne alteri⁹ supplanteris insidijs: quia nihil differt i vitio decipere posse vel decipi. btũs q̃ Gre. fuit fu⁹ prudẽs. Prudẽtia est ꝑtus q̃ decet hoiem ad cauẽdũ hostiũ insidias. Tres aũt habẽ⁹ hostes.

Primo diabolũ q̃ pugnat cũ astutia
Scõo carnẽ: q̃ pugnat cũ luxuria
Tertio mõm: q̃ pugnat cũ auaritia.

Primo b. aũt Gre. cauit picula diaboli ꝑ sapiam. Scõo cauit picula carnis ꝑ abstinentiã. Tertio cauit picula mõi ꝑ misericordiã ¶ Primo q̃ diabol⁹ voluit cũ astutia sua decipe btm̃ Greg. qñ transfigurãs se in angelũ lucis ꝓsuasit sibi: vt sub pretoris habitu mũdo supficie tenus defuiret tc̃. Sic facit hodie multis dicẽs. Vt qꝺ vis religionẽ itrare? Dic practice tc̃. Igit Gre. cauit h̃ piculũ ꝑ verã sapientiã: qz reliqt mõm: z fecit ser monasteria i Sicilia z septimũ rome: in q̃ relictis sericis auro/gẽmisq⁹ tc̃. vt in legeda tc̃. Nec soluz fuit prudẽs ad cauendũ insidias diaboli in se: sed etiã in alijs. s. in anglicꝭ q̃s ꝙuertit ad fidẽ. Dic historiã qñ transies ꝑ forũ vidit illos pueros anglicos venales tc̃. Et quãuis tũc nõ potuerit: in angliam ire reuocante ipm papa ad petitionẽ romanor: tñ postq̃ fuit papa misit illuc Aug. ep̃m anglor: q̃ Quisputas est fidelis tc̃. ¶ Secũdo cauit picla carnis: q̃ mltũ ifestat: qñq̃ suos dei: iurta illud Ro.vj. Condelecto⁹ legi dei ſm interiorẽ hoiez. Ujdeo aũt aliã. le. i mẽ. meis repu. legi. mẽ. m. et cap. me. i lege pcti. Infelix ego hõ q̃s me. li. de cor. mor. hui⁹. Et pmo ꝓmittat: ñ ei qꝺ volo bonũ h̃ facio: lz qꝺ nolo malũ hoc ago Greg. q̃. cauit hui⁹ picla ꝑ abstinentiã magnã. Jũ legit q̃ mr ipm crudis legumib⁹ pascebat. vñ itatũ corp⁹ attẽuauit: vt ifirmato stomacho vix subsistere valeret. Lõtinuis ẽt z diuerꝭ ifirmitatib⁹ laborabat

sicut ipse scribit in proemio moraliū. Ter/tio cauit pricula mundi qui tentat de auaritia quo plen⁹ est. Om̄ omne quod est in mundo ꝯcupiscētia carnis est/ꝛ ꝯcupiscētia oculorū:ꝛ superbia vite, j. Jo. ij. Cauit ꝙ misericordiaꝫ:qua plenus fuit. Nota exemplū qñ cū esset abbas fecit dari elemosynā ter naufrago pauperi sub cuius specie erat angelus:vñ qz misericordie opib⁹ vacabat meruit angelū ꝛ etiā chr̄m in domo recipe:sicut Abraā ꝛ Loth:sicut legit Gen. xviij. ꝛ xix. Et in decretis. xlvij. dist. Quiescam⁹. Dic qñ facto papa:idem angelus in specie pauperis fuit i mensa sua. Jtē quō nota pauperū scripta habebat ꝛc Et quō etiā longe positis paupib⁹ largiebat ꝛc. Jtē quō quadā die dñs Jes⁹ christus in forma pegrini accessit ad eū ꝛ dissimulauit postea cū vellet sibi lauare manus. Jtē quō despexit adeo mundū vt magis heremita ille cartaꝫ suā affectus:ꝙ Gre. papat⁹ gloriā affectaret. ꝙ ꝙsputas est seruus prudēs? Rñdō. Gre. ¶ Tertio dr fidelis quo ad subditos. Jsta aūt fidelitas cōsistit in his in quib⁹ debet p̄lat⁹ ꝙlibet esse fidelis:ꝛ sunt quattuor vidz.

Primo dz esse fidelis i bñ intrādo
Scō dz esse fidelis in scte viuēdo
Tertio dz esse fidelis in recte docēdo
Quarto dz esse fidelis in iuste regēdo.

¶ Primo ꝙ prelatus debet esse fidelis in bñ intrando.s.p ostiū: non auri vel argenti:sed diuine voluntatis:iuxta illud apli. Nec quisq̄ sibi sumat honorē:sed ꝙ vocat a deo tanq̄ Aaron. Heb. v. Alioquin dr dñs. Qui nō intrat p ostiū i ouile ouium sed ascēdit aliūde: ille fur est et latro. Jo. x. Et tali pene impossibile ē vt bono fine claudat. Vñ Leo papa. j. q. j. Principat⁹. Quē aut seditio extorsit/aut ambit⁹ occupauit:etiā si moribus aut actib⁹ nō offendit. ipsi⁹ tñ initij sui est pnitiosus exemplo. Et difficile ē vt bono pagank exitu que malo sūt inchoata pncipio. Dicvt expedit. Gre. ꝙ bñ intrauit i ouile christi. Dic quō Pelagio papa p̄sidente supuenit maxima pestis Et quō post mortē Pelagij miraculose,p mot⁹ est ad papatū ꝛc. ¶ Scō dz esse fidelis in scte viuēdo ꝛc. Vñ dicit rex⁹ in decretis:ꝙ talis debz esse pastor: in vita vt populus reputetur grex respectu sui. Sic Greg. Nam semp aut in orando:aut iscribendo:aut cōtemplando occupabat totū sctm̄ tēp⁹ vite sue. Et mirū est ꝙ quō scripsit tot libros exñs papa ꝛ infirm⁹. Habuit etiā patientiā in psecutionib⁹ Mauritij imperatoris. Nota etiā quō sibi cantanti missam ꝛ dicenti pax dñi ꝛc. angeli respōderunt. ꝛ cum spiritu tuo. Nota etiā quō oratione sua efficacissima anima Traiani est ab iferꝫ liberata. ꝛ ōclara modū ꝛc. Nota etiā de humilitate sua in actibus ꝛ in libris suis. vnde ex humilitate fuit primus qui vocauit se seruum seruor⁹ dei ꝛc. Jtez quando semel ex humilitate prostrauit se coram quodā sancto patre:qui venerat roman ad visitandū limina apostolorum. Multa alia etiam exempla possunt referri:sicut expedit:pvt legit i legēda. ¶ Tertio recte docendo ꝛc. ij. Tim. iij. Argue, obsecra:increpa: i omni patiētia ꝛ doctrina. ꝛ hoc bene sequit ad p̄m. s. qz si p̄lat⁹ bene viverit bene pōt docere ad instar illius:de quo dicit Act. j. Cepit Jesus facere ꝛ docere. Jtē Chrys. xl. di. Multi. sicdem bñ vixerꝫ et bñ docueris populū instruis. si bene docueris ꝛ male vixeris tui solius condēmnator: eris. Nam bene viuēdo ꝛ bene docendo populum instruis quō viuere debeat. Bene aūt docendo et male viuendo deum instruis quō te debeat condēnare. Dic quō btūs Greg. optime docebat populū doctrinā sanam ꝛc. Vñ habemus etiaz homelias ei⁹. In cui⁹ doctrine testimoniū ꝛ veritatis eoz q̄ scripsit. Nota exempluz de Petro diacono: qui dans testimoniū de eis statim mortuus fuit p̄m ꝙ predixerat ꝛc. Jdez nota missali gregoriano et ambrosiano. Quarto in regendo iuste ꝛc. Sap. j. Diligite iustitiā q̄ iudicatis terrā ꝛc. Jtē Aug. Corripiat in ceros consolak pusillanimes:suscipiat infirmos patiēs sit ad oēs:ꝙ excellenter in regimine se habuit Greg. manifeste pōt vnusq̄sq⁹ intelligere:ex his q̄ scripsit p̄sertim i pastorali:ꝛ diffusi⁹ in moralib⁹. Et vide textū Grego. in decretis. xlij. di. Sit rector. Et xlv. di. Disciplina. Ergo ad questionē p̄positā. Quisputas est fidelis seru⁹ ꝛ prudens? Respōdere possum⁹ audacter Gre. est iste. cui⁹ merito rogem⁹ dñm vt ꝛ nos sum⁹ serui dei prudentes ꝛ fideles.

¶ In festo sancti Benedicti abbatis. Sermo.xxxii.

Justum deduxit dñs per vias rectas. Sap.x.

Sermo erit ō beato Benedicto cuius hodie festū agimus. ¶ Pro hmōi fundamento in q̄ agit de isto Benedicto: quē dñs deduxit p vias rectas: vt salutez adipiscerē. ¶ Querit. vtrū de⁹ velit oēs hoies saluos fieri. Arguit q̄sic. Apostol. j. Tim. y. De⁹ vult oēs hoies saluos fieri: igit. In oppositū hui sequit. De⁹ vult oēs hoies saluos fieri: q̄ oēs saluabunt: ꝛz non oēs hoies saluabunt. Mat. xxij. Multi sūt vocati/pauci vo electi. Igit de⁹ non vult oēs hoies saluos fieri: et sic q̄stio manet p vtraq; pte dubia. Ad q̄stione respondēdū est. q̄ deū velle oēs hoies saluos fieri intelligitur dupliciter.

Primo mō voluntate antecedente.

Scōo modo voluntate ꝯsequente

¶ Primo mō voluntate antecedēte de⁹ vult oēs homies saluos fieri: qō pbat dupliciter. Primo auctoritate: ait mḡr sentē. y. dist. j. ꝛ si querat: ad quid creata sit rōnalis creatura. Rūdet: ad laudandū deum: ad seruiendū ei: ꝛ fruendū eo. Aug. Fact⁹ q̄ angelus siue hō ꝓpter deū dicit esse: non q̄ est creator de⁹ et sūme beat⁹ alterutri⁹ indigeret officio/q̄ bonoꝝ nostroꝝ ñ eget: sed vt seruiret ꝛ frueret. eo cui fuire regnare est: q̄d esset si nō veller homies oēs saluos fieri. Igit. Secundo pbatur ratiōe.

Primo rōne redemptionis.

Scōo rōne miscdie siue largitionis.

¶ Primo rōne redēptionis: de⁹ fuit factꝰ hō vt naturā humanā redimeret. ad Gal. iij. Misit de⁹ filiū suū natum de muliere factū sub lege: vt oēs qui sub lege erāt redimeret. qō nō esset si nō veller oēs hoies volūtate añcedēte saluos fieri. igit. Scōo rōe miscdie siue largitionis. de⁹ ē eīm pnior ad miserandū q̄ damnādū: qō nō esset si nō veller oēs hoies saluos fieri. Igit. ꝛ de tali voluntate loquit primū argumentū: ꝛ talis voluntas est si seruet ei⁹ mandata. ¶ Scōo mō voluntate ꝯsequēte: que est si operent malū ꝛ nō seruent mādata dei. ꝛ sic ad dubiū ōr q̄ de⁹ nō vult oēs hoies saluos fieri: nec oēs saluabūt. q̄d pbatur dupliciter. Uno mō auctoritate. Alio mō rōne. Auctoritate sic: Aug. xiij. de ciui. dei. c. xxj. Plures erūt in penis q̄ in glia. idem. Arbitror tres mūdi partes fore dāmandas: ex q̄ in oib⁹ regnet iniq̄tas. Rōne sic pbat. ꝛ ꝑ duabus vijs. Prima/nemo ꝑt saluari sine baptismo Joa. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spūsc̄o: ꝛ sic ō alijs. Sz plures sūt nō baptizati q̄ baptizati. sequit. Scōa ōr rō ꝑdestinatōis: de⁹ non vult saluare: nisi illos quos ꝑdestinat: qō ait mḡr sentē. j. predestinatio est de rebus salutaribꝫ/ꝛ de hoibꝫ saluandis. Sco. sup j. Predestinat⁹ dicit: qui a deo est volit⁹ ad vitā eternam finaliter habēdā: eo igit qō ꝑdestinauit btm̄ Benedictū deduxit: ꝛ sic de alijs. Juxta verba ꝓassumpta. Justū deduxit dñs p vias rectas: ꝛ sic ō alijs. Salutet virgo. Pro declaratiōe themat⁹ ꝛ introductiōe materie: est notandū: q̄ in scriptura sacra clare ꝓbat: et experientia q̄ est magistra rer⁹ hoc docet: q̄ duplex ē differentia viarū: ꝛz q̄ duplex est termin⁹ ad quē homies tendūt. s. bonus ꝛ mal⁹. Bonus est vita eterna. Malus eterna dānatio. Ad terminū q̄ malum vie ducētes dicunt oblique siue tortuose: ꝛ he vie sūt vitia ꝛ petā: puta ꝛuperbia/auaritia/luxuria. ꝛ hmōi: q̄ hanꝝ viarꝝ finis est infern⁹ Ro. vj. Finis illoꝝ ꝛz. s. petōꝝ mors est. He q̄ vie sunt tortuose: q̄uis plūbꝫ: sicut sunt vitiosi ꝛ mūdani/videant bone. Verbi gra. si dicat luxuriosꝰ nō eatis p istam viā ꝛē. dicūt. Et vadatꝫ ꝓ facta vestra: nō est aliō nisi gaudere: ꝛ letari: ꝛ delectari: ꝛ cetera. Quis scit de alio mō ꝛē. Sic si ꝛuperbꝰ ꝛē. Sic si auarꝰ: ꝛsuran⁹ dicit. Vadatis per facta vestra: pauptas est alter infern⁹: ſō ꝛē. Sed audi q̄d dicit spūssctūs ꝑ os Salomonis. Est via que videt homini bona nouissima aūt eius ducunt ad interitum. Prouer. xvj. Tales q̄ nō vadunt per vias dei: sed diaboli. ps. Hō eīm qui operantur iniquitatē in vijs ei⁹ ambulauerūt. Alie ergo vie sūt recte: ꝛ he sūt virtutes: ꝛz humilitas/castitas/sapientia/charitas: ꝛ huiusmodi: quoꝝ finis est vita eterna De q̄bꝫ ōr in. ps. cxxv. Beati oēs q̄ timēt dūm: q̄ ambulāt in vijs ei⁹. Nota btī duplici beatitudine. Una vie in hac vita q̄ cōsistit in

In festo scti Benedicti abbatis

vita virtuosa. Nā vt ait phs in ethicꝫ. Felicitas est opatio fm virtutē pfectam. ps. Bti imaculati in via. Has vias petebat Dauid di. Vias tuas dñe demonstra mihi: z semitas tuas edoce me. O q̄ felix/o q̄ brūs est ille q̄ ꝓtuose viuit: q̄z vita cozū est pacifica z beata/z mors ꝑciosa et secura. De istis ambab⁹ vijs ōt scꝑtura. Vias q̄ a dextris sūt/nouit dñs: puerse vero sūt que a sinistris sūt. Prouerb. iij. Quia igit brās Bñdict⁹ ambulauit p vias virtutū opitulante dñi gra. ideo dic de eo thema. Justū deduxit dñs p vias rectas. Pater thema. Dō videam⁹ p q̄s vias. i. ꝓtutes b. Bñdict⁹ ambulauit z puenit ad gliaz.

Prima ꝓt⁹ est pauptas spūalis
Scōa est credulitas integralis.
Tertia est hūlitas cordialis
Quarta est castitas ꝓtualis
Quinta est patientia exemplaris
Sexta est p;euerantia finalis.

¶ Prima via zc. Nota triplicē pauptatē.
Paupertas misera.
Pauptas meritoria
Paupertas pfecta

¶ Pauptas misera est: qñ est ꝓtra voluntē hois z ipatiēter sustinet: murmurat: blasphemat: inuidet zc. Ista pauptas est fugienda. Et de hac loquit Salomon di. Diuitias z pauptatē nec dederis mihi: tz tantuz tribue victui meo necessaria. Proꝫ uer. xxx. ¶ Pauptas meritoria est quādo tz fit ꝓtra voluntatē: tñ patienter sustinetur: iuxta illud.

Infantē nudū cuz te natura creauit.
Pauptatis onus patient ferre memēto

Hic est meritoria pauptas: z per ꝓtutez patientie cozōak: vt dic Amb. xlvij. di. Sicut hi. ¶ Pauptas vero pfecta est quādo volūtaria est: sicut est in religiosis. Et est qñ relinquunt ñ solū exteriora: tz etiā interiora: iuxta illud. Ecce nos relinq̄m⁹ oia zc. Mat. xix. Precio emitur regnum dei. Paup in peculio: diues vita pura pauptatis precio: celi tenet iura. Hec est via recta eundi ad vitaz eternā. Ratio est: quia vt dicunt geometre. Rectū est illud cuius mediū nō discrepat ab extremis. Declara zc. Videam⁹ modo q̄ sunt extrema hois Duo videlicz natiuitas z mors, in q̄z q̄libet hō est valde paup. Naz in natiuitate nascit nudus z paup: z nisi ouis accōmodet lanam misero homini moreret frigore Job. j. Nud⁹ egressus sum de vtero matris mee zc. In morte etiā hō est pauper. Nā quantūcūq̄ laboret in diuitijs acq̄rēdis: tñ in morte cū manibꝫ aptis z vacuis mozit. ps. Dormierūt sum. su. et nihil oēs viri diuitiarū in ma. suis. Et alibi. Et relinquēt alienis diuitias suas: z sepulchra eoz̄ do. il. i eternuz. Et alibi. Thesaurizat z igno. cui cōgre. ea. Oportet q̄ ad h̄ vt hō incedat p viam rectā: q̄ mediū non discrepet ab extremis. Mediū aūt est vita eterna. Tunc q̄ erit via recta: qñ etiaz in vita hō est paup spū. i. volūtate. ps. lxj. Nolite sperare iniq̄tate et rapi. nolite cōcupiscere, diuitie si affluu. nolite cor apponere. Hanc pauptatē pfectaz habuit brūs Bñdictus

Primo q̄dē habuit in se qñ reliq̄t mūdū. Nota quō recessit de studio rome: q̄z videbat scholares studere in studijs vitiozum.

Quidā in studio sugbie z vanitatis.
Quidā in studio auaritie z cupiditatiꝫ.
Quidā i studio luxurie z carnalitatiꝫ zc

Recessit igit scienter nesci⁹/z sapiēter indoctus. Itez scōo habuit in alijs: qñ religiosē sanctā instruxit: in q̄ recludit pauptas volūtaria zc. ¶ Scōa via est credulitas zc. Nota integralis: q̄ nō sufficit credere aliquib⁹ articulis fidei: sed oib⁹ zc. Vide in ymnis⁹ de articulis fidei. Sicut q̄ rotam legē seruauerit of. autē in vno fac. est oim reus Jaco. ij. Per hanc viaz itur ad vitaz Joā. ij. Hec aūt scripta sūt vt credatis: q̄m Jesus est fili⁹ dei: z vt credētes vitam habeatis in nomie ipi⁹. Hāc habuit brūs Bñdict⁹ adeo pfecte q̄ iam iuuenculus virtute fidei miracula faciebat: que ꝓtute fidei asscribunt Mat. xvij. Si habueritis fidem sicut gra. si. zc. Hoc oñdit qñ ozone sua reparauit capisterū zc. Hic potes inserere miraculū de inuentōe aque in monte. vbi erat situm monasteriū. Itez qñ recuperauit ferrum falcastri de aqua.

Itē qñ Placidū q̄ sbmergebat p Mauz eripuit. ergo iustuz deduxit dñs p vias rectas zc. ¶ Tertia via est hūlitas zc. Nota cordialitas non tantū corporalis: sicut faciunt hypocrite: q̄ sunt sicut arbores habentes folia sine fructu. z ideo a chzo maledicunt z arescunt: z nō sunt apti/nisi ad

ignem eternū. Nota exemplū figurale de ficu ꝛc. sicut legit Mat. xxj. Hanc habuit bēs Bñdict⁹ q̄ ostēsū fuit/qñ fugit nutricem ꝛ clausit se i specu. vt fugeret vanaꝫ gloriā ꝛc. Dic hic hist̄riā quō frater Romanus monach⁹ sibi ministrabat: et quō diabolus inuidēs fregit tintinabulū. Item quō sacerdos portauit sibi prādiū i pascha ꝛc. ¶ Quarta via est castitas. Nota virtualis: quia est quedā nō virtualis. sed vitiosa: qñ. s. ꝓpter timorem infamie vel mortis/vel ꝓpter ambitionē vane glorie: sic fortasse fuit castitas Lucretie: sed mens ipsius facere nō casus solet. Quia tunc est perfecta virtus cū ꝓbatur. Haꝫ virtus in infirmitate perficit. ij. Cor. xij. Ideo ꝛc. Vñ nota quando fuit tentatus a diabolo in luxuria post apparitionēꝫ auis q̄ dr merula. ¶ Quinta via est patiētia exemplaris: quā ostēdit ipse placida ꝛ mansueta respōsione quā fecit monachis illis: q̄ voluerūt eum venenare ꝛc. Item erga insidias q̄s intulit sibi Florenti⁹ ram i corporis sui mortē: qñ misit sibi panē veneno ifectū: cui etiā in animabus monachoꝝ quādo misit eis puellas nudas. Moraliter nota: q̄ homo debet relinquere vindictā deo. Rom. xij. Da mihi vindictā: ꝛ ego retribuam: dicit dñs. Huius merito contulit sibi dñs spm prophetie: vt patet in illo qui venire consueuerat ad eum ieiunus. Item quando ret Totila misit ad eum sparatum suum in apparatu regio. Item quando dixit illi clerico qui a diabolo vexabatur: vt nō comederet carnes: nec ad sacros ordies ascēderet ꝛc. ꝛ in multis alijs exemplis positꝫ in legenda. Item quando vidit totū mundum ꝛc. Item quando apparuit in somno illi monacho quem miserat pro monasterio fabricando: ergo Justum deduxit dominus per vias rectas. ¶ Sexta via est perseuerantia finalis: que est clauis omnium aliarum: quia non qui inceperit: sed q̄ perseuerauerit saluus erit. Dic mortem ꝛc. Ergo iustum deduxit dominus per vias rectas. Rogemus eum: vt meritis sancti sui etiam nos dirigat per vias rectas. Amen.

¶ In festo annunciationis bē Marie ỹgis. Ser. xxxiii.

Ecce ecce ecce. Hoc thema colligit ex euangelio hodierno. Lu. j. In quo ter dicit Ecce ꝛc. Dic vbi ꝛc. Ecce est dictio demōstratiua dicit gramatic⁹. Da demonstrandi: vt en ecce: ꝛ excitatiua. Dicit autē ter ecce: quia tria magna alta ꝛ transcendētia sūt attendēda ꝛ ꝓpōnda i hac bñdicta icarnatōe. ¶ Profundamento simonis in q̄ agit brē Marie annunciatio: in qua nota⁊ christi conceptio. Oritur theologicalis questio. ¶ Querit. Utrū virgo Maria concepit chīm de spūsctō. Arguit q̄ nō: principium actiuū de q̄ aliq̄d cōcipit in gnatione se hz vt semē: sz spūsctūs in cōceptiōe chīi non se habuit vt semen: quia semen propriū ex q̄ fuit cōceptus: chīs fuit ꝓprius sanguis ỹgis Marie: igit. In oppositū: Ꝟ q̄ est de duodecim articulis fidei est vez ꝛ credēdū: sz ỹgine mariā ꝛcepisse chīm de spūsctō. ē de duodecim articulis fidei: vt prz i symbolo: qz ꝛcept⁹ ē de spūsctō ex maria ỹgie. igit ỹgo maria ꝛcepit chīm de spūsctō. et sic q̄stio manet ꝓ vtraq; pte dubia. Ad q̄stionē rñdendū est ꝑm Tho. in iij. pte. q. j. ar. ij. q̄ ỹgine mariā ꝛcepisse chīm de spūsctō itelligit dupl̄r. Uno mō ꝑt hec ꝓpositio. de: dic habitudinē ꝛsubstātialitatꝫ ꝛ materiał causalitatꝫ: vt dr culrell⁹ ō ferro loq̄ndo ēt ō pncipio substātialia materiali ꝛ sic ad q̄stionē dr q̄ ỹgo maria nō ꝛcepit chīm ō spūsctō. i. ō materia spūsctī: quia spūsctūs nō est materialis. imo cōcepit ō sanguine suo: ꝛ de tali pncipio intelligitur argumētū. Secōo mō intelligit Mariam cōcepisse chīm de spiritusancto: ꝑt ly de dicit pncipiū ꝛsubstantiale effectuū: ꝑt consubstantialis refert ad vnū: ꝛ causalitas ad aliud/nō ꝓout referunt ad idez: ex quo in christo concepto sunt duo. s. diuinum suppositum ꝛ corporis. Spiritussanctus respectu suppositi: habet cōsubstantialitatē cum christo: quia sunt idem numero et nature. Et respectu corporis: spūssanct⁹ habet causalitatem: sed non respectū suppositi christi: spiritussanctus habet rationem cause/nec respectu corporis: spiritussanctus habet cōsubstantialitatem: quia corpus est materiale/spiritussanctus non.

In festo annunciationis Marie

Ideo virgo maria dicit christum concepisse de spūsancto effectiue quantū ad corpus: et no quantū ad suppositū diuinū. Iuxta verba preassumpta. Ecce &c.

Primo diuinalis benignitas,
Scdo humanalis vtilitas
Tertio virginalis humilitas

¶ Dico primo &c. Diuinalis benignitas ostendit in hoc q deus amore nostri factus sit hō: qđ est plus q si celū fiat plumbus: vel aur fiat lutum/ creator factus est creatura &c. Propter hoc oēs ppbie de hac materia loquētes incipiūt per ecce. Vñ Dauid. Ecce em deus adiuuat me &c. ps. liij. Nota. Adiuuat: ō isto adiutorio nota parabolā ō quodā magno rege: q pmisit cultoribus vinee sue salariū si ab solis occasum excolerēt vineā/ alias nihil haberēt &c. cū aūt esset hora vesperar/ & haberēt tantus facere quātus fecerāt. videns hoc filii regis intrās camerā suam/ & assumēs habitū rustici. iuuit eos ad excolendū &c. et sic habuerūt salarium. Sic in ppōsito &c. Declara parabolā istā &c. Ecce quare dicit Dauid Ecce em deus adiuuat me. Itē Esa. dās signū de ista incarnatiōe dic. incipies p ecce. Ecce virgo concipiet & pariet filiū/ & vocabit nomen eius Emanuel. Esa. vij. Nota. Pariet filiū: nō patrem/ nec spūsanctū Quomō hoc sit possibile declarat ifra. Magis em fuit conueniens vt filius incarnaret si attendim⁹ finē incarnatiōis huius: q est vt homies fierent filij dei: p adoptionem. Quotq aūt receperūt eū: dedit eis prātē filios dei fieri. Joā. j. Hanc rōnem ponit Apls dicēs. Quos prescisit & pdestinauit cōformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse pmogenit⁹ in multis fratrib⁹. Ro. viij Nota. Voca nomē eius Emanuel: emanu. i. nobiscū. El. i. de⁹. Fuit aūt necesse vt eēt ds: alias nec scipz potuissz saluare. Jō ygo Maria inter alias pphetias istā maxime cōtemplabat & actualiter legebat. Cogitabat em intra se dicēs. O dne & qualis erit illa ygo &c. Et rogabat deū di. Dne da mihi gram vt possim illā virginē videre: & illi bona ancilla esse: nec poterat de se cogitare ppt maximā hūilitatē. Et dū ista cogitaret. Ecce angelus Gabriel di. Aue gra plena &c. Dignū aūt fuit vt angelus mitterer ad Mariā ad annuntiādū exordiū salutis humane. Sic ecōtra diabolus fuit ad Euā in exordiū pditiōis humane. Nota q in veteri testamēto legit/ bū sept⁹ angelos mlieribus apparuisse: & eas nō salutasse: sic pz de Agar. Gen. xvj. & de Sara cui angel⁹ pmisit filiuz Gen. xvij. Item de vxore Manue. Judic. xiij. Sz ygine Salutauit: vt innuert ipam esse pncipiū salutis hūane. Dixit. g. Aue. i. sine ve mutās nomē eue: q. qcqđ maledictōis fuit i Eua in bñdictione cōuertit in maria. Maledictiōis qđē yba sunt hec ō Euā. Multiplicabo erūnas tuas & pceptus tuos: in dolore paries filios/ et sub viri prāte eris. Et ipse dñabit tui. Maria aūt absq erūna fuit trā in pcipiēdo q sine corruptōe & sola fide cōcepit: q in pariēdo q sine dolore peperit. Itē a viri prāte extit q regina ystituit angelor. Quecū audisset turbata est: nō est turbata de angeli visiōe: q vt ait Hiero. Assueta erat angelos videre: & in fmone eius &c. Hic sumāt exēplū mulieres vt nō respōdeāt viro saluratri &c. Non sic se turbauit Eua de locutiōe serpētis/ nec cogitauit q̄lis esset ei⁹ interrogatio: qñ dixit. Cur pcepit vobis de⁹ &c. Sz statim rūdit & q nondū discipula hois fuerat: voluit cē magistra diaboli. Et ideo digne fuit decepta. Virgo g prudenť se turbauit de sermone angeli: cū & si sciret angelū non posse peccare. Et angel⁹ osolans eā dixit. Ne timeas Maria &c. Tūc virgine cętata angelus explicauit ambassatā: incipiēs per ecce di. Ecce concipies i vtero &c. vsq: regni eius nō erit finis. Ecce hic tota ambassiata q habet octo capitula/ & cōprehendunt octo articulos fidei. Primū ecce concipies in vtero: ecce concepto &c. Sed quare dixit in vtero &c. Rñ. q: prius in mente cōceperat deū cōtēplādo illā pphetiā. Scōm capitulū. Et paries filiū: ecce natiuitas. Nota filiū/ nō spūsctū/ nō patrē. Si dicak quō ē possibile/ cū tres persone sint vna essentia: Rñ. p similitudinē de vno sole &c. Qui mittit radiū in mōz/ q radi⁹ trāsiēs p fenestrā vitreā recipit colorē fenestre & nō substantia solis. nec calor &c. fenestra clara est virgo Maria. Ecclia cātat. Quod Eua tristis abstulit/ tu reddis almo germine/ intrent i astra flebiles/ celi fenestra facta es

Tertiū capitulū. Vocabis nomē ei⁹ iesū

ecce passio. Jesus. i. saluator. saluator aūt fuit p passionē p quā saluari sum⁹. Greg. Nihil em̄ nasci, p̄fuit/nisi redimi p̄fuisset. Nota ō isto noie q̄d fuit p̄phetā Abacuc iij. Ego aūt in dño gau. et exaltabo in deo Jesu meo. Quartū. Hic erit magn⁹: ecce descensio ad inferos. Magnus fuit: q; liberauit diabolu⁹, Apoc. xx. Vidi angelum descendēte de celo ha. cla. a. et ca. mag. in ma sua. z ap. dra. f. an. zc. Et patres inde educendo: iuxta p̄phetiā. Zacha. ix. Tu q̄q in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu/in quo n̄ ē aqua. Quintū. Et filius altissimi vocabit: ecce resurrectio. q; ante passionē chr̄s erat rationalis z mortalis: ō poterat vocari filius hois: sz post resurrectionē debet vocari filius altissimi tātū: q; immortalis z impassibilis. Sextū. Et dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius. i. p̄missam Dauid vel figurataz p̄ sedē Dauid. De q̄ p̄missiōe dixit Esaias di. Sup̄ soliū Dauid: z sup̄ regnuz eius sedebit. Esa. ix. Ecce ascensio: q; sicut cathreda Dauid fuit altior p excellētiā alioꝝ regnoꝝ, sic chr̄ist⁹ ascendens fuit posit⁹ sup̄ oēm creaturā. ps. Dixit dñs dño meo/sede a dextris meis zc. Septimū. Et regnabit in domo Jacob in eternū. Ecce sacramentuz eucharistie. Jn domo Jacob. i. in eccl̄ia: in qua lucrādū est p̄tra inimicos zc Ecce ego vobiscū sum omib⁹ diebus vsq; ad p̄summationē seculi. Mat. vlti. Octauum. Et regni eius sine glorie/sine pene. Hō erit finis: ecce iudicium generale. Dauid regnum tuū regnū omniū seculoꝝ/et dominatio tua in omi generatiōe. s. saluā doz/z generationē. s. dānatoꝝ. Et sic habem⁹ p̄mū ecce huⁱ ambasiate. ¶ Dicosecdo zc. s. hūanalis vtilitas/p q̄ incarnatus est. Jncarnatio em̄ est p̄ncipiuz oīs credentie: q; ista p̄suppositā oēs articli fidei facile credunt. Jō chr̄s. Creditis i deū z in me credite. Joā. xiij. s. quantū ad humāitatē. Jt̄ē ē p̄ncipiū oīs obediētie: cui⁹ exemplū habem⁹ in chr̄o q̄d in nullo alio possim⁹ hīe/nec in Abraā/nec i Moyse/nec in alijs: q; oēs peccauerūt. Aug. Deꝰ sequēdus nō erat/q; videri nō poterat. vñ g̃ hoi exhiberet/q̄ ab hoie videret/z quem hō seqret: nō deꝰ factꝰ est hō. Jt̄ē est p̄ncipiū nr̄e redēptiōis: q; in ista incarnatōe fuit depositū p̄cciū nr̄e redēptionis i burſa vteri virginalis. Jt̄ē fuit p̄ncipiū nr̄e saluatiōis in celo: sicut de statera cui⁹ vna ps tanto plus exaltat quāto magz altera humiliat. Greg. Deus q; in filij tui humilitate iacentē mundū erexisti zc. Et hoc significat angel⁹: cuz dixit fm ecce di. Ecce Helisabet cognata tua z ipsa cepit filiū in senectute sua. Jntelligēdo spūaliť Helisabet fm hebraicaz interp̄tationē est no mē ex trib⁹ noīb⁹ cōpositū. El. i. deꝰ, J. i. meus. Sabet. i. septima. Helisabet. i. dei mei septima: z ista est natura hūana: q; septima creatura est. Prima est terra. Scōa est aq̄. Tertia est aer. Quarta ignis. Quinta celū. Sexta āgeli. Septima natura humana. z hec semp fuit sterilis: q; nō potuit cōcipere meritū p gl̄ia obtinēda vsq; in senectutē. Nota septē etates homis correspondentib⁹ etatib⁹ mūdi/z vltima est decrepitas/z ista durat a chr̄o vsq; ad finem mūdi: z in ista etate septima dei mei. i. natura hūana concepit meritū p gloria obtinenda p fidē/spem/z charitatez. Jō Esa. xxvj. A facie tua dñe cōcepim⁹: z q̄si parturiuim⁹ z peperim⁹ spm̄ salutis. Nota h̄ dum v̄go Maria interrogat dicēs. Quō fiet istud zc. q; virgo nō dubitat de verbis angeli: sed dubitauit quō illud possz fieri: vt sint due partes: quo z mō: de modo dubitauit nō de facto. Sic exponit Glo. xv/vij. q. ij. §. Sed querit. Sz q; dicit Glo. q; dubitauit meli⁹ dixisset: q; q̄siuit ō mō. ¶ Dico tertio zc. v̄ginalis hūilitas: cū ōz tertiū ecce: r̄ndendo ad ambasiatā angeli/di. Ecce ancilla dñi zc. z nō cōcepit vsq; q̄ fuit dictū vltimū verbū. s. tuū. Sic in p̄ceptōe hostie zc. Dic practice, Ecce humiliras: q; angel⁹ vocauit ipam m̄rem dei: p̄sequēs reginā celi z dominā angeloꝝ: sed ipsa vocauit se ancillam. Recte fuit figurata hūilitas virginis per illam anctā mulierē Abigail: sed audita fama regis. Dauid qui eam volebat in vxorē: vt esset regina dixit. Ecce familia tua sit in ancillam: vt lauet pedes seruorum domini mei j. Reg. xxv. zc. Abigail interpretat patris mei exultatio. Ecce virgo que letificauit patrem suum Adam tristem de peccato suo zc. z fuit sibi revelatio facta de v̄gine in illis verbis dictis a deo serp̄ti. Jnimi/

citias ponam inter te ⁊ mulierẽ ⁊c. Nota Ut lauet pedes seruoꝝ suoꝝ: pedes significãt finẽ mõi in q̃ sum⁹ nos. Nos sum⁹ in quos fines seculoꝝ deuenerunt. j. Coꝝ. x. Vñ cantat eccl'ia. Virgo singularẽ inter oĉs mitis nos culpis solutos mites fac et castos. Dic exemplũ de efficacia quã habz salutatio ꝑginis. s. Aue maria: de illo milite q̃ intrauit religionẽ ⁊ nihil potuit adisce re nisi Aue maria ⁊c. Deo grãs. Amen.

¶ In festo annũciatiõis Marie. Sermo. xxxiiii.

Ecce concipies in vtero. Lu. j. Potes in hoc festo facere aliũ sermonẽ videlz q̃ ꝓper rationes fuit cõueniens filiũ dei carnẽ assumere: vt scripsi in dñica ꝑma aduent⁹, venit tibi ⁊c. Jtẽ aliũ ser. vide i ser. q̃dragesimalibus. de articulis fidei. sermo xvij. vbi agit de ꝑmo articulo ꝓtinente ad humanitatẽ chr̃i. Jtẽ potes facere introductionẽ ꝑmonis q̃re nõ angeli sz homies fuerũt redempti ꝑ filiũ dei. vide supra ⁊c. Hoc est solenn⁹ festũ q̃ fit in toto anno. Eccl'ia em̃ sancta facit hodie cõmemorationẽ de incarnatiõe filij dei in vtero ꝑgi nali: q̃ fuit exordiũ totius hũane salutis. Et est materia speculatiua ⁊ deuota: sz vt nobis sit vtilis ⁊ saporosa/ꝓsentemus gloriose ꝑgini illud. Aue salutiferum: qõ hodie s. bi angelus ꝓsentauit. Aue maria ⁊c.

¶ Pro fundamẽto sermonis ozit theologicalis questio. ¶ Querit. Vtrum virgo Maria dicat mat̃ dei. Arguit q̃ nõ. Nulla em̃ mꝛier est mater alicui⁹ nisi ꝑm naturam quã ab ea accepit: sed deus non accepit a virgine Maria naturã diuinã: igit. In oppositũ de⁹ natus est de virgine Maria: vt ait Paul⁹ ad Gala. iij. Misit de⁹ filiũ suũ natum de muliere ⁊c, nõ de alia nisi de ꝑgine maria: g̃ virgo maria dz mater dei, et sic q̃stio manet ꝓ vtraq; parte dubia. Ad q̃stionẽ rñdendũ est ꝑm Scotũ sup. iij, senẽ. di. xij. q. j. q̃ ꝑgo maria dicit mater dei: quod dupliciter ꝓbatur.

Primo ꝓbat auctoritate
Scõo ꝓbat ratione

¶ Primo ꝓbat auctoritate: ait Damasce. c. xvij. dei genitricẽ vere sanctaz ꝓdicamus. Luc. ij. Concipies in vtero ⁊ paries filiũ. Magister sen. iij. di. vij. sic est de⁹ eterno veraciter ꝑm rẽpus: ⁊ ꝓcepꝝ ⁊ natꝰ ex ꝑgine. Lu. ij. Natus ẽ vobis hodie saluator q̃ ẽ chr̃ist⁹ dñs in ciuitate David. Dgr̃ sentẽ. vbi sup̃. Illa em̃ caro quã de⁹ ꝺ virgine sibi vnire dignat⁹ est sine vitio cõcepta: sine pctõ nata ẽ. Lu. j. Jdeoq; ⁊ quod nascet ex te scm̃ vocabit filius dei. Jgit.

¶ Scõo ꝓbat rõe. s. Scoti. tota illa actio sibi ꝓperebat q̃ mr̃i debet. qz ꝑgo maria cõcepit ⁊ genuit deũ. Jgit alia rõ. Tho. i. q. xxv. ar. iiij. omne nomẽ significãs in concreto aliquã naturã põt supponere ꝑ ipsũ hypostasi illi⁹ nature. Cũ igit vnio incarnatiõis sit facta in hypostasi: si deus suponere põt ꝑ hypostasi/habẽte hũanaz naturã ⁊ diuinã. ⁊ iõ q̃cũq; ꝓuenit diuine nature ⁊ humane: illi persone põt attribui siue ꝑm q̃d ꝑ ea supponit nomẽ significãs naturã humanã. Concipi aũt ⁊ nasci ꝓsone attribuit ⁊ hypostasi ꝑm illã naturã in q̃ cõcipit ⁊ nascit. Cũ igit in ipso ꝓncipio conceptꝰ fuerit natura hũana assũpta a ꝑsona diuina/cõsequens est q̃ vere possit dici deũ esse ꝓceptũ ⁊ natũ ꝺ ꝑgine. Hec ille. formaliter ⁊ ad argumẽtũ dz: qz vna ꝑsona subsistit i vtraq; natura: cõicant sibi naturę ideo mata sua. i. ꝓpietates: vt sicut in dei dicunt crucifixisse dñm: licz nõ ꝑm deitatẽ. ita ⁊ ꝑgo eũdẽ pepit: Et sic dic⁹ hominem creasse celos. ita dicimus deũ natũ de ꝑgie: ⁊ ꝑsequitur ꝑgo maria dz mater ꝺi. Juxta ꝑba assumpta. ecce ⁊c. ¶ Pro cõplemẽto ꝑmois ⁊ declaratiõe thematis est notandũ: q̃ inueniũt q̃nq; diuerse cõceptiones filij dei. Declara ꝓmo q̃d est cõceptio ⁊ q̃d ꝓcipe. Põt em̃ duplicit accipi cõceptio: sz ꝑualiter ⁊ carnaliter. Spũaliter q̃dẽ: qñ aliq̃d ꝓponit in animo vel intelligit. vñ ⁊ vulgo dz. Hoc concepi in mente ⁊c. Carnaliter vero dicitur: quãdo mater cõcipit filium. Hoc ꝑsupposito, Nota q̃nq; cõceptiones filij dei.

Prima est ꝓceptio diuinalis.
Scõa est cõceptio angelicalis
Tertia est cõceptio humanalis.
Quarta est cõceptio scripturalis
Quinta est ꝓceptio maternalis

¶ Prima ergo cõceptio ẽ diuinalis. Pro

cuius intellectu est notandū: q conceptio dicit in altero receptio. Concipi em̄ dicit quod in altero recipit: sicut vinū concipit in vegete. Sic quādo audis predicatorē & intelligis concipi verbū in intellectu tuo. Sic artifex ꝛcepit artem. Sic ḡ in ꝓposito filius dei concipit a patre siue in patre & idem est q generatur a patre. Cōceptio em̄ & generatio non differunt in diuinis. Pro hoc autē clarius intelligēdo notādū: q sicut se habet ars in mēte artificis. sic se habet filius ōi in patre. Filius em̄ est sapientia patris. Unde nota pulchram similitudinē de pictore/q pingit pulchras figuras. Unde hoc: nisi quia habet artē in mēte sua: q habet per artem pictor in mente quendā leonem pictum vl formatū tanq̄ ideam quadā ad cuius formā depingit leonem/sic domum/sic nauem ꝛc. Illa autē ars subiectiue consistit in mente artificis: siue dormiat siue vigiler. Ars em̄ est habitus quidam quo dirigit hō circa factibilia/& deducit ad operationem p voluntatē. Sic dicendū est de sciētia medicine/phīe/theologie/et hmōi. Sic in ꝓposito artifex summ⁹ est deus/in cui⁹ mente est ars que est sapientia sua ab eterno in mēte diuina cōcepta: que nō differt ab ipō deo essentialiter: q: quicqd est in deo est deus: nec accidentaliter: q in deo nullū est accidēs. Et in hoc differt ab arte que est in mēte hois que est accidens in ipso: sed in deo non est accidēs sapiētia sua: sed est ipse deus: quia in deo non est aliqua cōpositio/neq̄ materie & forme/neq̄ subiecti & accidentis/neq̄ essentie & esse: neq̄ potentie & actus: neq̄ suppositi & nature: sed est simplicissim⁹ in natura. Confirmat hoc p Augu. xj. de ciui. dei. c. x. Cum ergo sapientia ipsa sit in mente diuina ab eterno concepta: sequūt duo. Primo q ipsa differt a deo/sicut conceptum a concipiente: & cum non differat essentialiter neq̄ accidentaliter: vt dictuz est sequit. q alio modo differat: scilicet p̄sonaliter. Scō sequit: q ipsa diuina sapientia sit ipse deus/cum sit ab ipso deo ab eterno concepta. Et etiā q nihil est in deo nisi ipse de⁹. Nihil aūt est ab eterno nisi deus. Cū aūt ꝛceptio et generatio in diuinis nō differāt. sequit. q ipa sapiētia in mēte diuina concepta/sit ab ipso deo generata. & ꝛsequēter sequit: q sit filius dei. & sic est de⁹ filius dei ab eterno ab ipō deo generatus & concept⁹. Tertio sequit: q ipsa sapiētia ōi dicat filius dei: ex q̄ ab eo concepta & genita dicit. Patet rō. Auctoritas. Et loquit ipsa diuina sapientia dicēs. Dñs possedit me in initio viaꝝ. i. creaturaꝝ suaꝝ. Añq̄ q̄cq̄ faceret a pncipio: ab eterno ordinata sum. Et infra. Nōdū erāt abyssi: & ego iā cōcepta erā. Prouer. viij. Vide hanc auctoritatē ex positā & alias: in pmonibꝫ ō articulis fidei: feria vbi agit de trinitate. pte pma. Itē Ecci. xliij. Ego ex ore altissimi pdij: pmogenita ante oēm creaturā. Ego feci in celis vt oriret lumē indefitiens ꝛc. Patet ḡ prima ꝛceptio diuinalis. Hec cōceptio pma est ꝛceptio filij dei quantū ad diuinā naturā: sed cōceptio quātū ad humanā naturā fuit in mēte diuina ab eterno pdestinata: sic & aliaꝝ creaturaꝝ conceptiones. Ro. j. Qui pdestinat⁹ est filius ōi in ꝑture sm̄ spiritū sactificatiōis ꝛc. Sic aūt artifex operat artificiū mediante arte sua: sic & de⁹ pater mediante sapiētia sua q̄ appropriat filio/ oia creauit. ps. Oia in sapientia fecisti. Et h̄ est q dicit Genē. j. In pncipio creauit de⁹ celū & terrā. In pncipio. Glo. i. in filio: q̄d pncipiū Dauid vocauit sapiētiā. Joānes ꝙ vocauit ꝓbum. In principio erat verbū. Et infra. Oīa p ipm̄ facta sūt. Joā. j. Ipse autē filius dei vocat se pncipiū. Jo. viij. Principiū qui & loq̄r vobis. Moyses vocauit filiū dei pncipiū & etiā chīs. Hoc et denotauit Moyses cū in pductione cuiuslibz creature scribit dicēs: dixitq̄ de⁹. Fiat h̄ ꝛc. Nota dixit. i. p ꝓbū pduxit: q̄si diceret: p ꝓbū suuz q̄d ab eno concepat in seipo in tpe pduxit creaturas extra seipm̄. Et sic̄ in q̄libz operatione artificiali requirunt tria. s. hō siue artifex tanq̄ causa efficiēs. Item ars tanq̄ causa formalis. Itē volūtas tāq̄ cā mouens & finalis ad operandū ꝓpter aliquē finē bonū: sic in creatione rerū concurrūt tria. Pro pater tāq̄ pncipiū effectiuū. Scō ars siue sapiētia p̄is/ q̄ appropriat filio tāq̄ principiū formale. Tertio bonitas siue voluntas ipsi⁹ dei tanq̄ principiuz finale mouens agentē q̄ appropriat spūisctō. Et sic oēs tres p̄sone trinitatis cōcurrūt in creatiōe mōi. & Prouer. xvj. Uniuersa p

pter semetipm opat⁹ est dñs. Jrē Apoc. j. Ego sum alpha z o: pncipiuz z finis. Et hoc est q dicit Gen. j. In principio. i. filio ecce plona filij: creauit deus. i. pater celuz z terrā. Et infra. Spirit⁹ dñi ferebat sup aquas: ecce p ona spūssti. dicit aut ferri sup aquas. i. sup totā naturā coz palē ifoz/mem. Non quidē coz poraliter ferebat: sed sicut voluntas artificis superfert materie quā vult facere. Hec notat Tho. par. j. q. lxvj. ar. j. ad scm. ¶ Scōa est ꝛceptio angelicalis. Hec cōceptio nō fuit ab eterno: sicut pma: sed fuit a principio mūdi. Nam cōis sentētia est theologoz: q qñ deus creauit celū empyreuz statim ipz repleuit nouem oz dinib⁹ angeloz. Dic illos. Quattuoz em ponunt a theologis cōcreata. s. celū empyreū/angeli/materia coz palis/z tempus. Hoc ponit Tho. par. j. q. xlvj. ar. iij. Si dicas. Et quō scit hoc: Rñ. q christ⁹ z Paulus reuelauerē Dionysio q scripsit libz ū de celesti hierarchia. Inter oēs aut angelos nobilioz erat Lucifer/q elat⁹ est in superbiā zc. Dic quō desiderauit equalitatē dei. z declara hoc: q: nō est sic intelligendū/q vellet se equare deo in oib⁹: quia bene sciebat hoc esse ipossibile: q: nec ipse de⁹ posset facere creaturā equalē sibi: nec hoc ꝛingit ex ipotentia dei: iz ex defectu creature q est capacitatis finite zc: sed. volebat acquirere gloziā nō ab alio: sed ex se quasi nollet recognoscere supioreꝛ: sicut et deus nullū supioreꝛ habet zc. Videns g deus tantā superbiā ait. Nō habitabit in me. do. m. q. f. su. z statim vocauit Dicha elem dicēs Michael michael zc. et bellauit cū Lucifero z expulit eum de celo/nō ꝓpria virtute/sed dei: z effecti sunt diabo/li zc. Nota ꝛtra supbiam zc. Auctoritas de hoc duplex. Una in veteri testamento Esa. xiv. Quomodo cecidisti Lucifer: q mane oriebaris: qui dicebas in coꝛde tuo in celū cōscendā sup astra dei exal. soli. me. sedebo in monte testamēti in lateribꝫ aquilonis: ascendā sup altitu. nu. similis ero altissimo. Dicit Bern. de gradibꝫ humilitatis. q diabol⁹ puidit se sup malos ptin/cipatū habituꝝ: ꝓpt q̄d i latere aq̄lonis solium suū ponere volebat: vt dz Esa. xiv. z notat h Tho. in. ij. sentē. di. x. ar. ij. in. ij. argu: Et vide quod scripsi supra in sermone beati Stephani: qui incipit. Stephanus plenus gra. par. j. in additione: que incipit Unde dic Tho. Illud aūt notandū: q id quod dixit diabolus in celū cōscendā: non potest intelligi de celo empyreo: q: in illo datus fuit. Oportet g q intelligat d celo sancte trinitatis: vt dic Tho. in. ij. sen. dis. v. q. j. ar. ij. Vel dic q appetijt essentialitatē dei si possibile esset h obtinere. Vel dic put dic Rich. z refert Tho. in. iij. sen. dis. j. q. j. ar. iij. in. vij. argu. vbi dic q Richar. exponens illud qd dz Jone. iij. Propc me oza est rēpestas zc. dicit q diabol⁹ vidit rōnalē creaturā assumendā in vnitate ꝑsone filij dei z invidit. z hec invidia fuit causa casus ei⁹ mouēs ipm ad tentādū hoiez. Hec ille. vide Tho. in. ij. sen. dist. v. q. j. ar. ij. vbi dic in coꝛpe q̄stiōis: q angel⁹ dei eq̄litatē nō appetijt simpliciter quātū ad substantiā desiderati: vt. s. vellet tātā bonitatē hīe quātā deus: sed tamē appetijt equalitatē fm quid/quantū ad modū habēdi. Bonitas em siue beatitudo est i deo quā habet p suā naturā. Et item a qua omnis creatura beatitudo et bonitas trāsfundit. Videns g angel⁹ dignitatez nature sue q̄ creaturis ceteris ꝑeminebat: voluit ab eo beatitudinē z bonitatē in oia iferioza derivari: voluit etiā p sua naturalia ad ꝑfectionem beatitudinis puenire. Et ido dicitur q sine merito voluit hoc qō meritis habituruꝫ esset si ꝑstitisset. Nec etiaz quātū ad modū habendi simpliciter deo equiparari voluit. Nō em voluit a se bitudine hīe nec eē primū i alios trāsfundēs: sed a deo z sub deo fm q ipse in oīm natura operat Tho. Ex quib⁹ patet q nō fuit simpliciter ipossibile qō angelus appetijt q̄uis esset malū: quod tñ quia putauit bonū/ideo erauit: nō quidē obscurāte passione intellectum ei⁹: q: passiones in angelis nō sunt sicut in nobis: sed quia considerando vnū retrahit angel⁹ a considerātiōe alteri⁹: eo q intellectus eius simul plurimū nō est: missi sicut in verbo omnia cōtemplat. Contingit em aliquid esse eligendū fm vnam cōditionē rei ꝓsideratā. quod tñ eligendum nō est omnibus conditionib⁹ cōcurrentibus ꝓsideratis: z ita potuit in angelis eroz esse electiōis z pcm: fm Tho. i. ij. sen. dis. v. q. j. ar. j. in coꝛpe q̄stiōis ponit s. litu

dinē ibi in rnsiōe ad quartū argumētū de medico :q̄ iudicat aliq̄d esse expediēs vni egroto ſm vnā ifirmitatē eius ꝟsideratā: qō tn̄ nō est simplr expediens ꝓpter aliam egritudinē:quā vel nō cognoscit vel nō cō siderat. Modū aūt quo fuit expulsus de celo ponit alia auctoritas noui testamēti: q̄ habet. Apoca.xij. Factū est ꝓliū magnū in celo Michael ⁊ angeli eius ꝑliabant cū draconе. Et infra. Et piect⁹ ē draco ille magn⁹ serpēs antiqu⁹ qui vocat diabolus et sathanas q̄ seducit vniuersū orbem ⁊ piectus est in terrā ⁊ angeli eius cū illo missi sunt ⁊c. Est aūt notandum vt not. Tho.in.ij.sen.dis.vj.sup littera.p draconē itelligit ipe luciferp caudā suasio dū alijs suū desideriū expssit.p stellas angeli naturali luce fulgētes: quarū tertia pars ceciderisse dicit nō quātū ad numerū:sed quātū ad qualitatē:quia q̄ remanserūt: sunt deo inh erētes assistēdo et ministrādo ⁊ alij p auersionē ceciderūt. Tho. Prima ḡ pars dicit assistentiū. Scda ministrātiū. Tertia cadentiū. Remansit ḡ ciuitas illa pro magna ꝑte depopulata ⁊c. ꝓpter qō angeli rogauerūt deū vt repleret sedes vacuas ⁊c. Et de⁹ eis reuelauit ⁊ replēde erāt. Sz dīe p quos replebūtur: Nunq̄d alios angelos nouo creabis;rndit ñ:q̄ iā cessauit die septimo ab oi opē qō patrauit. Sed creabo homes ⁊c. ⁊ de ipis replebunt ruine angelice. Et angeli dixerunt .Dñe ⁊ quomō hoc fiet: Respōdit de⁹. Mittaz filiū meū in vterū virginalē cuiusdā puelle: ⁊ sic fiet de⁹ hō vt homes efficiant dij ꝑticipatiōe: sicut ⁊ vos. Tunc fili⁹ dei fuit ꝟcept⁹ in mētib⁹ angelicis ⁊ fuit facta maria iubilatio in celo .Quid si gaudiū est in celo sup vno peccatore penitētiaz agēte. Luce.xv. Multo magis ⁊c. Auctoritas .Interroga bo te/respōde mihi. Vbi eras q̄n ponebā fūdamēta terre:cū me simul laudārēt astra matutina:⁊ iubilarent oēs filij dei. Job.xxxviij. Nota Fūdamēta terre .s.virtutū:et he sunt reuelatiōes diuine.Astra matutina.i.angeli/vt exponit Grego. De hac cōceptiōe dicit. Prouer. viij. Nondū erāt abyssi ⁊ ego iā cōcepta eram.s.i mentib⁹ angelor⁹. Et sic patet secūda ꝟceptio.

Panum ſuam aperuit inopi. Prouerb. vlti. Pro ſermōis fundamēto: oritur theologicalis q̄ſtio. ¶ Querit. Utrū Magdalena añ ei⁹ ꝑuerſionē actuali incontinētia peccauerit. Arguit q̄ ſic. Habetur Marci. vj. q̄ chriſt⁹ ſeptē demonia ab ea eiecit. Glo. plena vniverſis vitijs fuit. Septē peccatiſ criminalib⁹ de q̄ numero eſt actualis luxuria. Lucas iteruz eam peccatricez appellat: ſed ſm cōem curſum publice peccātes appellari ſolent peccatrices: igit. Jn oppoſitū. Nam videm⁹ illud pctm̄ ꝓpter defectuz z paupratē ꝓpetrari: ſz ipa Magdalena diues fuit de ſtirpe regia frēm Lazaruz militē habuit z Martham ſororē diuites q̄ eam meretricari nō pmiſiſſent ita ꝑfuſibilit. ſequit q̄ brā Magdalena actuali incōtinentia nō peccauit. Et ſic q̄ſtio manet ꝑ vtraq̄ parte dubia. Ad q̄ſtionē rñdendū eſt: q̄ brā Magdalena actuali incōtinētia nō peccauit/ q̄d p̄batur q̄dupliciter. Primo ſic. vbicūq̄ i ſacra ſcriptura aliq̄ ꝓſona legit peccaſſe nōminak loc⁹/ ꝓſona/ z temp⁹: ſed hoc de brā Magdalena nunq̄ habet. Secūdo ſic ex euangelio Joannis, añ ſex dies paſce: vbi hr̄ q̄ dñs diſcūbebat cū diſcipulk et alīs. Martha ꝓ miniſtrabat et cōqueſta fuit de ſorore q̄ eā non adiuuaret dr q̄d gloſa q̄ apud iudeos mos erat q̄ virgines nō ad pmā mēſam comedebāt: ſz ſeruiebant: mō Magdalena nō comedit ꝓpter iuſticiam.

Nec etiã seruiebat: qz ex quo actualiter la
pſa ñ fuit: vsurpare noluit qđ nõ fec̃. Nec
seruiebat ꝓpt̃ hũilitatẽ: qz ex q̃ forte cõsen/
su ea stam ꝙ ginẽ ex hũilitate ꝑ ministeriũ
se ostẽdere noluit: z ḡ Martha nõ dixiſſz
dño dic illi vt me adiuuet si ꝙgo nõ fuiſſz
Jgit. Tertio sic. Quidã famos⁹ doctor cõ
parat eã Paulo: qz sic̃ Paul⁹ ꝓpt̃ nimiam
ſuphiã caitus ꝑmansit: sic etiã Magdale/
na cui ex ſuphia nemo placuit. Quarto su
ꝑ illo ꝙbo: Aptle facte sũt. dicunt q̃dã do/
ctores Magdalenã fuiſſe sponsaz z Joã/
nẽ sponsũz quẽ Jesus de nuptijs vocauit,
et iõ dicunt Magdalenã indignatã ꝓtra
chm̃ z q̃d potuit cõtra ei⁹ doctrinã fec̃
z more dñaꝝ nobiliuz oĩb⁹ voluptatib⁹ se
imiscuit: chr̃s ḡ occasio sue culpe fuiſſz vo
cando sponsũz qđ non videk cõgruũ. Jgit.
Et ad argumẽtũ dr̃. ſ. ad glosaz illam/ vni
uersis vitijs plena fuit/ q̃ illa plenitudo ñ
arguit oĩnodã excusationẽ opis: sed bene
ostendit mlcitudinẽ male affectõis. Et ad
auctoritatẽ Luce dr̃: q̃ ipa peccatrix pokat
dici ex vana ꝙuersatiõe z mor̃ leuitate ex
q̃b⁹ notoria facta: forte etiã plures ad for/
nicatiõis suspicionẽ inducit: sz tales vani
tates pñt dici pctã volũtaria: q̃ pctã deus
illi dimisit z̃, iuxta ꝙba pallũpra. Decla/
ro thema fm intellectũ quẽ volo ꝑtracta/
re. Chr̃s aperit manũ suã btẽ marie Ma
gdalene inopi z pauꝑime. Pro cui⁹ de/
claratiõe sciendũ q̃ in scriptura sctã miseri
cordia dei quã habet circa pctõres: dr̃ ma
nus: z ħ ꝓpt̃ ratione/ exemplo/ z auctori
tate. Nõ est ista: z sumit ſilitudinarie: q̃a
si aliq̃s volens eleuare aliquez q̃ cecidit in
lutũ/ aquã/ vel ignẽ: porrigit sibi manũ: sic
chr̃s volẽs erigere ꝑsonã q̃ cecidit in lutuz
luxurie vel aquã auaritie vel ignẽ iracun/
die z̃. porrigit sibi misericordiã suã. Patz
ratio. Man⁹ dr̃ miscõia dei/ nec ẽ possibi/
le resurgere a pctõ sine ista manu: id ẽ mi/
sericordia dei. B ñ põt hõ se ꝓicere in fo/
ueaz pcti ꝑ se/ sed nõ resurgere. Osee. xiij.
Perditio tua isr̃l ex te: ex me auxiliũ tuũ.
Nota ꝫ illos q̃ dicũt. O miscõia peccabo
z postmodũ facia pniaz. Jo. vj. Nemo p̃t
venire ad me nisi pr̃ q̃ miſit me tra. eũ z̃.
Jtẽ Ro. ix. Justificari gratz ꝑ gr̃az ipsi⁹
Jtẽ Ro. ix. Nõ volentz neq̃ currẽtz: sz mi
serentis ẽ dei. Explũ ẽ istud: Dic historiã
de Petro ambulãte z in fluctib⁹ z̃. et cuz
cepisset mergi z̃, dr̃ text⁹. Mat. xiiij. Et
cõtinuo Jesus extendẽs manũ suã appre/
hendit eũ: z ait illi. Modice fidei q̃re du/
bitasti. Per q̃ figuratiue inuik q̃ ꝑsona q̃
incipit mergi in ꝓcupiscẽtijs z pctis: si dz
ſubleuari oportz q̃ ꝑ manũ miscõie dei ele
uet̃. Ad idẽ. Mat. viij. Ecce leprosus ve/
niẽs adorabat eũ dicẽs. Dñe si vis potes
me mũdare. Et extendẽs Iesus manũ te/
tigit eũ dicẽs. Volo. Mũdare. Et cõfesti
mũdata ẽ lepra ei⁹. Jtẽ Mat. ix. Dñe fi/
lia mea mõ defũcta ẽ: sz veni ĩpone manũ
tuaz sup eã z̃. Auctoritas. Dauid postq̃
peccauit dixit. Fiat man⁹ tua vt saluet me
q̃a diceret cecidi iõ z̃. Item Job petebat
hãc manũ dr̃. Vocabis me z ego respõde
bo tibi. Operi manuũ tuaꝝ porrriges de
xterã. Job. xiiij. Patz ḡ q̃ miscõia dei dr̃
man⁹. Cũ ḡ maria Magdalena i sua iu/
uentute cecidisset. Prio in terrã ꝑ amorez
terrenoꝝ. Scõo in lutũ ꝑ luxuriã. Tertio
in aquã clarificãdo facie z ꝑsonã suã vt vi
derek pulchra: sed Jesus chr̃s ꝑ manũ mi
sericordie sue eã erexit: recte ḡ dicit thema
Manũ suã z̃. Nota hic cũ dr̃. Aperit ma
nũ z̃. In man⁹ em̃ aptione quinq̃ digiti
ostẽdunk q̃b⁹ lapsus erigit. Jta chr̃s ape/
riens manũ suã. marie Magdalene osten
dit sibi quinq̃ digitos/ quasi quinq̃ effe/
ctus misericordie eam eleuando.

Prim⁹ digit⁹ fuit longa expectatio
Scõs benigna ꝙuersio.
Tert⁹ alta ꝓmotio.
Quart⁹ ſpũalis ꝑfectio
Quint⁹ celestialis fruitio.

¶ Dico primo q̃ ꝓmus digit⁹ quẽ ostẽ
dit chr̃s marie Magdalene: eã eleuando
fuit longa expectatio. ſ. ad pniaz: credit q̃
ipa. xij. annis vixit in pctis: z tñ chr̃s expe
ctabat eã ad pniaz: q̃a diceret. Adhuc erz
sancta z̃. Dic ꝓmo quõ erant tres. ſ. La/
zarus/ Martha/ z Maria: z diuiserũt illõ
patrimoniũ suũ: sic dr̃ in ꝓncipio legende
z̃. Rõnez aũt q̃re Marthã cõseruauit in
bona vita z castitate: nõ aũt Mariã. vide
supra ser. btẽ Marthe. gre. j. Dicak practi
ca quõ erat nobilis. Et mortuis parẽtib⁹
diuiserũt sibi hereditatẽ cũ Lazaro z Mar
tha:. z magdalũ castꝝ ꝓtigit Marie. Jñ
dr̃ Magdalena. z tũc ex q̃ fuit libera dei/

dit ſe vanitatib⁹ ⁊ peccauit cū quodā ⁊c. q̄ iactabat ſe de ea ⁊ ipa credebat eſſe ſecre tum ⁊c. ⁊ in tantū rumor creuit q̄ dicebak peccatrix ⁊c. ſed de⁹ eā expectauit ad peni tentiam ⁊c. Moraliter: cogitate hic duo. Primo quāta eſt miſcōia dī expectās pec catores ⁊c. Dic ſiḿitudinē de latrone ꝑtra quē fact⁹ eſt ꝓceſſus ⁊ data eſt ſentētia: ſz tñ rex vellet q̄ expectek executio ad hoc: vt penitens petat miſcōiaz a rege ⁊c. Sic oīs peccator eſt latro: q̄ furat⁹ eſt honorē dei ⁊c. ⁊ ꝓceſſus factus eſt ⁊ ſcript⁹ i libro actor ſcriptor ad iuſſum regis. i. dei. De quo libro Dauid. Imꝑfectū meū viderūt oculi tui ⁊ in libro tuo oēs. ſ. defectus ſcri benk: q̄nimo etiā ſentētia data eſt. notari⁹ q̄ eā ſcp̄ſit ē Ezechiel ꝓpha. Aia q̄ pecca/ uerit ipa morietk Ezech. xviij. Et tñ dē ex pectat ⁊c. Eſaie. xxx. Propterea expectat vos dñs: vt miſereak veſtri. Item Hiere. Miſcōie dñi q̄ nō ſum⁹ ꝯſumpti: q̄ non defecerūt miſerationes ei⁹. Treñ. iij. Ista gr̄am nō fecit de⁹ angelis peccātib⁹ Lu. x. Videbā ſathanā ſicut fulgur de celo cadē rem ⁊c. Scōo nota obſtinationē nr̄am et ingratitudinē: q̄ abutimur iſto tp̄e: q̄ de⁹ ꝓcedit nobis ad pn̄iam addendo pctā pec catis. Jō apl's contra tales dicit. An diui tias bonitatis dei ⁊ patientie et longani/ mitatis cōtēnis. Ignoras q̄m benignitas dei ad penitētiam te adducit. Scōm du/ ritiā aut̄ tuā ⁊ cor ipenitens theſaurizas tibi ira ḿ in die ire et reuelatiōis iuſti dei q̄ reddet vnicuiq; ꝟz opa ei⁹ Ro. ij. Quia quāto plus expectat deus: tanto grauius punit. ꝑs. Niſi q̄uerſi fueritis gladiū ſuuz vibrauit: arcum ſuū tetendit et parauit il/ lum. Jtē Valerius. Lento em̄ gradu ad vindictā ſui diuina ꝓcedit ira tarditatēq; ſupplitij grauitate cōpenſat. Dic vt expe/ dit. Dic hic parabolā de ficu non fructifi/ cante, de q̄ dixit dñs colono, Succide illā ⁊c. Lu. xiij. Et patet ꝓm⁹ digitus. Secū dus digit⁹ ꝛ. Benigna q̄uerſio. Dicatur practica ſm̄ euāgeliū hodiernū cū gloſis. Chriſto em̄ ꝓdicante affuit maria Mag/ gdalena ornata ⁊c. vt videret ab homib⁹. Et tūc chriſt⁹ incepit ꝓdicare ꝑtra luxuri am ⁊c. ⁊ tūc maria incepit amare flere ⁊c. Et finita ꝓdicatōe iuit chriſtus ad domū Simonis ad māducandū ⁊c. tunc maria Magdalena venit ad eū ⁊c. cogito ego q̄ qñ intrauit domū Simō leprōſus dixit ſi bi. Quid vultis hic vos: q̄ erat male fa/ me ⁊c. Sed facto ſibi ſigno a chr̄o tacuit ⁊ maria Magdalena vēit retro ad pedes chriſti: oſculans ⁊ vnguento vngens cla/ mans ⁊ flens: dicendo. Miſcōia dñe: q̄a ꝓ pctōrib⁹ de muliere naſci voluiſti, O dñe nō dētis mihi cōgeriuz: q̄ ouis ꝑdita ſum ⁊ redeo ad paſtorē: infirma ad medi/ cum/ imūda ad fontē. ⁊ ſic lacrymis laua bat pedes chr̄i et capillis tergebat ⁊c. Si/ mon ꝯo incepit male cogitare intra ſe di. Hic ſi eſſet ꝓpha ſciret ⁊c. Nota hic de ta ctu dñi q̄ ſanabat infirmos ⁊c. ⁊ peccatores Sic etiā legit Mat. viij. De tactu mulie/ ris fluxū ſanguinis patientis. Nō ſic olim q̄ tactus arce morte inferebat: ſicut ꝓz de Oza. ij. Reg. vj. Rō: q̄ mō eſt rēpus gr̄e ⁊ miſcōie. Jo. j. Lex ꝑ Moyſen ⁊c. Dic hi ſtoriā: ꝑſeq̄re hic hiſtoriā euangelij ⁊c. Ec ce miſcōia chr̄i infinita. De iſta miſcōia dr̄ Greg. Quid miramur frēs mariā veniēn/ tē an dūm ſuſcipientē: Suſcipientē dicaz an trahentē. Dicā melī⁹ ⁊ trahentē ⁊ ſuſ/ cipientē. Vñ Joā. vj. Nemo venit ad me niſi pater q̄ miſit me traxit eū ⁊c. Moralr exēplo Magdalene: vadam⁹ ad chr̄m in ꝓfeſſiōe: q̄ ꝓfeſſor reuer locū chr̄i in ꝓfeſ/ ſione. Jdeo Dauid in ꝑſona pctōris. Niſi q̄ dñs adiuuit me: paulomin⁹ ha. in infer, aia mea. Tertiꝰ digitus alta ꝓmotio, vbi abundauit delictuz ſuꝑabundauit et gr̄a. Ro. v. Sic nota de Petro apl̄o conuerſo Nota quinq; ꝓmotiones ſeu officia q̄ chr̄s dedit marie Magdalene poſt ſuā q̄uerſi/ onē. Primo q̄ fecit eā ſuā theſaurariā: q̄a faciebat expeſas chr̄o ⁊c. Jter faciebat ie ſus ꝑ ciuitates ⁊ caſtella ꝑdicans ⁊ euāge liz̄ans regnū dei ⁊. xij. cū illo ⁊ mlieres aliq̄ Et maria q̄ vocatur Magdalena q̄ mini ſtrabat ei de facultatibus ſuis. Luc. viij. Scōo fec̄ eā ſecretariā ſuā. Lu. x. Maria ſedēs ſecus pedes dñi audiebat verbū illi⁹ Optimā ptē elegit ſibi maria q̄ nō aufe/ retur ab ea. Declara ſic hr̄ ipma collatōe abbatis Moyſi. Nō legit aliq̄ē aliū: tūc fuiſſe/ nec legit q̄d loquerek chr̄s ſibi ſoli. Cogito ego q̄ chr̄s loq̄bak de ordinib⁹ an gelo⁹ ⁊ glia paradiſi. Jtē de pena inferni purgatorij ⁊c. Tertio fecit eā familiarē et

sociam matris sue q̄ nō despexit eam sicut multe virgines despiciūt hodie alias ꝛc. Ratio q̄re vt christ⁹ innueret esse duas vias ad paradisū, s. ꝓma innocētie p quā vir go maria iuit q̄ fuit capitanea in hac via. Nō priuabit bonis eos q̄ ambulabāt i innocentia. Altera via est pnie q̄ significat p mariā Magdalenā q̄ fuit capitanea in hac via. Tū q̄ maximā pniam fecit. cum q̄ fuit ꝓma in nouo testamēto q̄ p viā penitentie iuit. Ideo cantat hodie ecclesia Laudem⁹ opus dei in Maria genitrice: sed ꝯgine laudem⁹ in maria peccatrice: sz pnitēte. Maria hec ē data speculū innocētie, Maria hec ē exēplar pnie. Quartū officiū est q̄ fecit eam medicā suā. Hoc officiū exercuit/ qñ chīo fatigato ex itinere vnxit manꝰ/ caput/ z pedes. Jo. xj. Maria hec erat q̄ vnxit dñm vnguēto z extersit pedes eiꝰ/ capillis suis. Et domꝰ impleta est ex odore vnguēti. Jo. xij. Quintū officium et maius q̄ ea fecit apl̄am et ex ꝓuilegio ꝓcessit sibi dñs auctoritatē p̄dicādi: vt dō infra pre sequēti. Et q̄ plus est fecit eam apostolā apl̄oꝝ: q̄ nunciauit apl̄is resurrectionē: et sic ꝓfirmauit eos in fide. Auctoritas. Venit ḡ maria Magdalena annunciās discipulis: q̄ vidi dñm et hec dixit mihi. Jo. xx. Jō cantat eccl̄ia. O mōi lampas et margarita pfulgida q̄ resurrectionē chīi nunciādo apl̄oꝝ apostola fieri meruisti. Et ex hoc nota q̄ maioꝝ fuit fides et charitas marie Magdalene. Rō ē q̄ primo apparuit sibi christ⁹. Auctoritas eccl̄e. Surgentē cum victoria Jesum vidit ab inferis prima merek gaudia q̄ plus ardebat ceteris ꝛc. ¶ Quartꝰ dīgitꝰ ꝛc. Spūalis pfectio q̄ cōsistit in hoc q̄ dicit chīs. Si vis pfectꝰ esse vade et vende oīa q̄ ha. et da pau. et habebis thesaurꝝ in celo et veni seq̄re me. Mat. xix. Vbi ponūk duo puncta pfectiōis. Primū est pauptas spūalis. Vēde oīa ꝛc. Scōo doctrina euāgelicalis. Veni seq̄re me. Ista duo habuit excellēter maria Magdalena. Nā post chīi ascensionē q̄ tā non indigebat pecuniis p chīo vendidit oīa z posuit ad pedes apl̄oꝝ ꝛc. et pꝰ ozonē z p̄dicationē ab apostolis auditā laborabat manib⁹ filando et lanādo ꝛc. Auctoritas an epl̄a hodierna. Quesiuit lanā z linū z opata ē ꝓ illo manuū suarū. Et sequk. manū suā misit ad fortia. s. silar al cornu: z digiti eiꝰ appbendēbant fusuz. Prouer. vl. sic etiā faciebat ꝯgo maria. Nota hic ꝺ mlieres ociosas. Secūdo habuit doctrinā euāgelicalē p̄dicādo christū. Dicak historia qñ iuit ad ꝓuinciaz in portu Marsilie z p̄dicādo conuertit totam illā ꝓuinciā ꝛc. Nota q̄ ex gra spāli ipa habuit hō officiū p̄dicandi: q̄ al's nō cōperit mulieribꝰ: vt hz. xxiij. dist. Socrates. Et c. Mulier. Et. xxxiij. q. v. Mlierē. Et de peni. z re. c. Noua. Dicit Egesipꝰ doctor antiquꝰ: q̄ btā maria Magdalena pꝰ cōuersionē nūq̄ respexit homies in facie nisi christū. Dicak ztra mlieres que statim parant se ad fenestras qñ audiūt viros equestres. Hoꝛs introiuit ꝓ fenestras. Hiere. xix. ¶ Quintꝰ dīgitꝰ ꝛc. Celestialis fruitio. Dupliciter: Primo in hoc mūdo. Secundo in futuro. Primo ḡ in hoc mundo fruebak deo. Dicak quō iuit ad desertū et stetit ibi. xxxij. annis q̄ nihil comedit ꝛc. Sed satiebak cibis angelicis: q̄ in q̄libet hora canonica eleuabak a terra ab āgelis. Dic practice. Primo hora matutina surgens cogitabat quō christꝰ illa hora fuit captꝰ/ ligatꝰ z ductꝰ ad domuz Anne ꝛc. et flebat ꝛc. tunc angeli eleuabāt eā cantātes z dicētes. Lauda mater eccl̄ia: lauda chīi clementiā: q̄ septē purgat vitia p septi formē graz. Postea reducebāt eā ad eūdē locū. Scōo hora prima cogitabat z contē plabak qualiter hora ꝑma ductꝰ est Jesꝰ ad Pilatū ꝛc. tūc angeli eleuabāt eā cantātes. Maria sozor Lazari q̄ tot cōmisit crimina ab ipa fauce tartari redit ad vite limina. Sic q̄libet hora faciebat z angeli eleuabāt eā cantātes alios versus hymnorū successiue ꝛc. Scōo in futuro seculo i q̄ vsq̄ in eternū semp fruik deo. Dic eiꝰ mortē et quō Maximinꝰ venit ad eam et cōmunicauit ꝛc. et mortua est ꝛc. cuiꝰ ania in altissima gl̄ia existēs deo semp fruit ꝛc. Nota hic moraliter. Si tam sanctissima mulier sup oēs alias post virginē non fuit ausa mori q̄ usq̄ cōicauit: qd debemꝰ facere nos ꝛc. Ideo Joā. vj. Nisi māducaueritis carnē filij hois/ et biberitz eiꝰ sanguinē nō habebitz vitā in vobis. Qui māducat meā carnē et bibit meum sanguinē hz vitā eternā. Jo. vj. Deo gras. Amen.

De beato Jacobo apostolo

De beato Jacobo apostolo Sermo. LVI.

Sedere ad dexterā meā et ad sinistraz non est meum dare vobis. Mat.xx. et in euāgelio hodierne recitatur. Pro fundamēto hmo in q̄ agitur q̄ mater filioz Zebedei petijt a chr̄o q̄ vn⁹ filioz ei⁹ sederet ad dexterā z alius ad sinistrā: oritur theologicalis q̄stio

¶ Queritur. Utrū quis possit cognoscere seipsum esse dignū: vt petere deo possit i gloria sedere cuz eo. Arguitur q̄ sic. Quilibet christian⁹ merito dicere p̄t chr̄o si sit i gratia. Signatū est sup nos lumē vultus tui dñe: sed talis p̄t cognoscere seipm esse in gratia: puta p baptismū. ad Gal.iij. Oēs q̄ baptizati estis chr̄m induistis per fidem gratia formatam: gra em saluati estis p fidē. si g̃ homo cognoscat seipm esse baptizatū, per quē est in gra nullo vinculo peccati includente: vt patet de alīq̄ adulto q̄ recēter suscepit baptismū z ergo p graz hō glozia dign⁹ est: sequit. q̄ quis p̄t cognoscere seipsum esse dignuz vt petere deo possit in gl̃ia sedere cū eo. In oppositū. hr̄ Eccl. ix. Nescit hō an odio vel amore dign⁹ sit: sed oia in futurū seruant incerta: g̃ q̄s cognoscere nō p̄t seipm esse dignū: vt petere deo possit sedere in gl̃ia cuz eo. et sic q̄stio manet p vtraq̄ pte dubia. Ad q̄stionem rñdendū est sm duos doctores. Primo fz Bonauē. dist. xvij. pmi sen. q̄ quis nō p̄t cognoscere certitudinaliter seipz esse dignū vt petere deo possit in glozia sedere cū eo cuius rō est q̄druplex apud eū hoiem.

Pria dr̄ iplicatio diuine acceptōis
Scōa formitas habitual' acq̄sitōis
Tertia lippitudo nr̄i oc̄li mētalis
Quarta pfunditas nr̄e hūiliationis

¶ Scōo ad q̄stionē rñdendū est sm magistrū Alexā. de ales. iij. pte summe. collatiōe de gra: directe loquendo p tres positiones. Prima est q̄ aliq̄s p̄t esse in gratia neq̄ dignū: q̄n mortaliter peccat vel peccauit/nec dolet/nec doluit. Secunda ē est: hō potest dubitare si sit in gra: q̄n argumenta hz ad vtraq̄ pte: vtpote q̄ non recordat de aliq̄ ō quo nō sit confessus z attritus: et habet ppositū amplius nō peccandi. Et aduerso inuenit se difficilē: tardū z lentum ad bonū. talis habet occasionē dubitandi. Tertia est: p̄t q̄s cognoscere se esse in gra: q̄n habet omnes directuras boni potissime tres

Prima dr̄ illuminatio in rationali
Scōa dr̄ pax in irascibili
Tertia dr̄ letitia in cōcupiscibili

¶ Vel sm Bern. et Tho. di. xciij. q̄n dolet ō p̄terito z ponit se abstinere i futuro cōplacet sibi in verbo diuino z delectatur in ope bono: ex his aūt sufficienter cōiecturam facit de statu gre: scire aūt est certitudinaliter p viā naturalē: vt ait Bona. nō est possibile et ad argumentū dr̄ q̄ minor intelligit directuraliter et nō certitudinaliter quā directurā habebat mater filioz Zebedei de filio suo Jacobo: et alio cui chr̄s dicit: sedere aūt zc. iuxta ẏba assumpta. zc. Verbū ppositū habz magnā difficultatē in sacra theologia. Pro cui⁹ euidētia est notandū: q̄ p hui⁹ sessionē ad dexterā intelligit participatio vite eterne: sicut exponūt. Glo. z doc. Constat aūt q̄ collatio vite eterne hoib⁹ facta z fienda p̄tinet ad christū: iuxta illud Joā. x. Oues mee vocem meā audiunt: et ego cognosco eas z sequunt me: et ego vitaz eternā do eis. Itē Jo. v. Pater oīem iudiciuz dedit filio. Ad iudiciū aūt p̄tinet vt p meritis alīq̄ in celesti gl̃ia collocent. Vñ Mat. xxv. dr̄ q̄ filius hois statuet oues a dextris: z hedos a sinistris. Et q̄b⁹ auctoritatib⁹ clare p̄tz q̄ ad potestatē filij dei p̄tinet aliq̄s statuere ad dexterā aliq̄s ad sinistrā siue vtrūq̄ referak ad differentez gl̃ie p̄ticipationē: siue vnū referak ad gloziā et alterū ad penam. Cōtrariū aūt videk dici in verbis ppositis. Ecce difficultas. Sz Rñ. q̄ dictio vobis tollit ꝓtrariū. Pro cui⁹ declaratiōe notandū sm Tho. in. iij. cōtra gentiles. c. vij. q̄ mater filioz Zebedei accesserat ad Jesuz petēs vt vn⁹ filiorū eius sederet ad dexterā et alius ad sinistrā: et ad ḥ petendū mota videbak et q̄dam fiducia ꝓpinquitatis carnalis quā habebat ad hominem chr̄m. Recta grad⁹ ꝓpinq̄tatz hmōi ad christū. Dñs ergo resp̄ōe sua nō dixit q̄ ad ei⁹ potestatē nō p̄tineret dare q̄b⁹ petebak: sed

q̄ ad eū nō ptinebat illis dare ꝓ q̄b⁹ roga/batur. Nō em̄ dixit. Sedere ad dexteram meā vel sinistraz nō est meum dare alicui. quin potⁱ⁹ ostēdat q̄ suū erat dare illis q̄/bus erat paratū a patre suo. Nō em̄ ħ̄ da/read eū ptinebat fm̄ q̄ erat filⁱ⁹ ꝑginis: sz fm̄ q̄ erat filⁱ⁹ dei. Et ideo nō erat suum ħ̄ dare aliquib⁹: ꝓpter ħ̄ q̄ ad eū ptine/bant fm̄ q̄ erat filⁱ⁹ virginis fm̄ ꝓpinq̄ta/tem carnalē: sed ꝓpter ħ̄ q̄ ptinebat ad eū fm̄ q̄ erat filⁱ⁹ dei: q̄b⁹ sz paratuz erat a patre ꝑ ꝓdestinationē eternam fm̄ quā ele cti ptinent ad filiū dei ꝓpinquitate frater/nalis sⁱlitudinis, iuxta illud. Rom̄. viij. Quos ꝓscivit et ꝓdestinauit ꝓformes fie/ri imaginis filij sui: vt sit ipse ꝓmogenitus in mⁱltis fratrib⁹. fm̄ Tho. vbisupra. Ptz responsio. Ex q̄ colligim⁹ q̄ ratiōe carnal' ꝓpinquitatz ad chr̄istū: nō debetur gloria alicui. Vnō nec Jacobo nec Joanni hac de causa fuit gloria collata ꝑ sessionem ad dexterā chr̄isti, quinimo nec virgo maria est in celesti gloria ꝓ⁹ maternalē ꝓpinq̄/tatē ad chr̄istū: quia nec meritū nec deme ritū, ꝓdest: vel nocet parētib⁹: sicut nec ecō/trario: sed ꝓpter fidem charitate incōpara bili formatam. Unde Aug. in li. de virgi nitate. Beatiorⁱ fuit maria percipiendo fi dem chr̄i q̄ ꝯcipiendo carnem chr̄isti. Ni hil em̄ marie materna ꝓpinq̄tas ꝓfuisset: nisi eum felicius corde q̄ carne gestasset. Modo ergo eryuo ratione ꝓpinquitatis carnaliter ad chr̄istū nō debetur alicui glo ria: videam⁹ quib⁹ debetur. Ad quod re/spondit ipse dñs subdens. Sed quib⁹ pa/ratum est a patre meo. Sed circa hoc q̄ro. Utrū possumus scire quibus sit paratuz. Rñ. siue in ꝑticulari siue in singulari non nisi ex cōiectura verisimili que habetur ex quattuor signis sicut notat Tho. in. iij. De q̄b⁹ vide supra in ser. sancti Stepha/ni .q̄ incipit. Stephan⁹ plen⁹ gratia. p. iij. ꝛc. Nā vt ait scriptura. Sunt iusti atq̄ sa pientes z opera eius in manu dei: z tamē nescith̄ vtrum odio vl' amore dignus sit sed oia in futurū seruanⁱ incerta. Eccl. ix. In generali tñ scire possum⁹: et sunt q̄nq̄ differentie hoim quib⁹ paratum est sedere ad dexterā dei. Concedat nobis dñs vt si mus intra has differētias. primo ergo pa ratum est,

Primo pure innocentib⁹
Scōo plene obedientib⁹
Tertio vero alias digne penitētib⁹
Quarto pie misericordib⁹
Quinto sanctis martyrib⁹.

Omnib⁹ predictis modis fuit paratū btō Jaco. sedere ad dexterā di. sic ifra patebit. ¶ Primo ergo paratum est a patre omni potente sedere ad dexteram chr̄isti pure in nocentibus: iuxta illud Job. xxij. Salua bitur innocens: saluabitur autem i mun/ditia manuū suaruz. Nota munditia: hec mundicia habek per baptismuz qui lauat a macula originali: ꝑ quā clauditur ianua paradisi. Et ideo añ baptismū nō pōt aia introire in paradisuz. Joā. iij. Nisi q̄s re/natus fuerit ex aqua et spūsctō: nō pōt in/troire in regnū dei. Sed post baptismum mundata aia est digna sedere ad dexteram dei, ps. xxiij. Quis ascendet in montem dñi aut quis stabit in loco sancto eius: In nocens manib⁹ z mūdo corde ꝛc. Nota hi storiā que legitur Dat. xix. Sinite paruu los venire ad me z nolite prohibere eos: talium est enim regnuz celorū. Vide post festum trini, ser. xlviij. parte. j. Hoc primo modo fuit paratum regnum celorum bea to Jacobo. Nam nactus fuit innocentiaz per baptismū: q⁹ omnes apostoli fuerunt baptizati: sicut tenet Aug. sup illud verbū Joan. xiij. Qui lotus est: non indiget: ni/si vt pedes lauet ꝛc. Et habetur in decre/tis. de conse. distin. iij. si eos. ꝛc. ¶ Scōo paratum est plene obedientibus. Plene di xi: quia oportet omnibus diuinis manda/tis obedire. alias nō est dignus sedere ad ad dexteraz chr̄isti. Jac. ij. Qui totam le. ser. offen. autē in vno: fac, est omniū reus, Et habek in decretz: de peni. dist. v. Fra/tres. Et de regu. iuris. Defleat, Si ergo quis plene obedierit diuinis mandatz: tūc ei paratū est sedere ad dexterā. Dat. vij. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intra bit in regnū celoruz. Declara. Hoc modo paratum est regnū dei beato Jacobo: ꝓ/pter obedientiā suam que adeo fuit per fe/cta: q⁹ non solum diuinis mandatis: verū etiā cōsiliis obeduit, z ad vnius iussionis vocem reliquit retia z patrē: quamuis se nem: z adhesit chr̄o: sicut legit Math. iij Dic historiā. Et nota q⁹ hinc eccl'a statuit

q̄ filiꝰ post decimūquartū annū potest in uitis parētib⁹ ingredi religionē in masculo: z post duodecimū annū in femia. Ante vero pubertatē si ingrediunk pueri religionē/vel vouent de ingrediēdo: possunt parētes reuocare eos: z votū irritare ante annū z diem a tpe scientie cōputandum. xx.q.ij. Puella. Post vero pubertatē secꝰ est: vt infra dicek. Et nota q̄ nō sufficit attigisse duodecimū vel q̄tūdecimū annū: sed oportet esse cōpletū: vt ōt Glo. xx.q.j. Firma. Et dic vt in.c. Ad nostrā. de regularib⁹. Nec sufficit etiaz si malicia supplet etatē: vt in.c. postulasti. de regularib⁹. z hꝫ est de iure diuino/naturali z ciuili. De iure quidē diuino tam veteriz testamēti q̄ noui. De veteri testamēto habek auctoritas Deut. xxxiij. Qui dixit patri suo z mātri sue nescio vos. Et fratrib⁹ suis: ignoro illos z nescierūt filios suos. Hi custodierūt eloquiū tuū/z pactū tuū seruauerūt. De nouo testamēto habek auctoritas hic exēplo Jacobi z Joannis: qui reliquerūt patrē. Itē ō illo cui dns dixit. Sinite mortuos sepe. mortuos suos. sic legit. Mat. viij. z Luc. ix. Itē Lu. xiij. Si q̄s venit ad me: z nō odit patrē suū/z matrē/z vxorē/z filios/et frēs/z sorores: adhuc aūt z aiam suā: nō potest meus esse discipul⁹. Scdo idē ptz de iure naturali: q̄ fm rōnē naturalē magz debemus reuereri deū q̄ patrē: z dō adherere monēti q̄ patri resistenti. Vñ Hiero. ad Heliodorū. Licet puulus ex collo pēdeat nepos: licet sparso crine z scissis vestibus vbera/quib⁹ te nutrierat mak ostendat. licet in limine pak iaceat pcalcato perge patre: siccis ocłis ad vexillū crucz euola. Solū pietatz gen⁹ ē in hac re eē crudelē. Tertio ō iure canonico habek in decre. xx.q.ij Puella. z in.c. ad nr̄am. z.c. postulasti. de regl'aribus: q̄nimo p ingressuz religiōis purgak ingratitudo: ex q̄ ante poterat filiꝰ exheredari: vt ptatur. xix.q.ij. Non liceat. Quarto ptak de iure ciuili in.l. Deo nob. C. de episco. z cle. Nota q̄ ptra parētes/q̄ se opponūt filijs volētib⁹ religionē ingredi: q̄ faciūt ptra oīe ius z resistunt instinctui spūs sancti: z ideo dānabiles sunt in iferno: nisi pniam agant. Ro. xiij. Qui resistit ptāti/dei ordinatōi resistit. Qui aūt resistūt ipsi: sibi dānationē acquirūt. xj.q. iij. Qui relistit. ¶ Tertio paratū est sedere ad dexteram chr̄isti: digne penitētib⁹. Mat. xiij. Penitentiā agite appropinq̄bit em̄ regnū celoz. Hoc etiā modo paratum fuit regnū celoz btō Jacobo: q̄ sicut et alij apli in multa pauptate z indigētia erāt adherētes dño pauperi et humili. vñ nō babebāt aliq̄n quid māducarēt. Nota q̄n pre fame aliq̄n euellebāt spicas ꝯfricātes manib⁹ zc. sic legit. Mat. xij. Marci. ij. z Luc. vj. Et hanc indigentiā maxime passi sunt post passionē dñi: q̄n p multas psecutiones: aduersitates famē z sitim discurrebāt p mundū: sicut refert aplus ō se dicēs. In labore z erūna in vigilijs multis in fame z siti. In ieiunijs multis in frigore z nuditate zc. ij. Coz. xj. Quod p̄direrat eis dns di. In mōo pressurā hēbit⁹ zc. Et alibi. Amen amē dico vobis: q̄ plorabitis z flebitz vos: mūdus aūt gaudebit. Vos aūt ꝯtristabimini zc. Joā. xvj. Huius pnie merito meruit Jacob⁹ videre dnīnū trāsfiguratū in mōte thabor: sicut legit. Mat. xvij. z Lu. ix. ¶ Quarto paratū est zc. pie miscōibus. Mat. v. Bti misericordes: q̄m ipsi miam ꝯsequēt. Et hoc manifeste ptak. Mat. xxv. vbi in iudicio vlt̄i ꝯpter meritū miscōie dabit electis dei regnuz dei: q̄re dicek eis. Venite bñdicti patrz mei ꝓcipite regnū zc. Esuriui em̄ z dedistz mihi māducare. Ideo ōt Apls. j. Tim. iiij. Exerce teipm ad pietatē. Nam corpalis exercitatio ad modicū vtilis est: pietas aūt ad oīa vtilis est: ꝓmissionez habēs vite: q̄ nūc est z future. Hoc etiaz mō btō Jacobo fuit paratū sedere ad dexterā chr̄i: q̄ fuit pūssimus et misericors: s etiā erga inimicos suos: sic patz: q̄ liberauit Philetum discipulū Hermogenis ab infidelitate z a vinculis demonū. Et tandē etiā ipm Hermogenē liberauit a ptāte demonū/z reduxit ad fidē: sicut ptz in legenda. Dic hist̄oriā. Hanc aūt miscōiam z māsuetudinē didicit a fonte ipo miscōie et pietatz chr̄o. pcertim in quodā facto qō ꝓtigit Samarie: q̄n noluit recipere dām qō cum vidissent Jacob⁹ z Joānes dixerunt dño. Dne vis vt ignis descendat de celo/z ꝓsumat illos. Et cōuersus dns increpauit illos di. Nescitis cuiꝰ spūs estis: Filius hois nō venit animā perdere: sed

saluare. Luc.ix. Potes etiã hic referre alia quã miracla/de qbus habet in legenda: p que ptz miscdia sua magna ad omes: sed pser tim ad deuotos suos ꝛc. ¶ Quinto paratũ est ꝛc. sanctis martyrib⁹. Dat. v. Beati q̃ psecutionẽ patiũt ꝓpter iustitiã: qm̃ ipor est regnũ celor. Hoc mõ fuit paratũ bto Jacobo. Dic eius martyriũ.

¶ Jtẽ de btã Martha virgine. Sermo lvij.

Martha martha sollicita es. Lu.x. In hoc ẏbo chris cõprehendit suma rie vitã brẽ Marthe q̃ fuit actiua. Quia iste due sorores: scz Maria magdalena et Martha diuiserũt sibi duas vitas. Maria em̃ elegit vitã cõtemplatiuã. Maria sedẽs secus pedes dñi: audiebat verbũ illius. Lu.x. Martha elegit vitam actiuã: dans se laboribꝰ p christo. Jdeo dicit thema Martha martha sollicita es. i. anxiosa: ꝛ nota q̃ ides ẽt bis Martha: qr vita actiua si bona est: nõ solũ curat de corpib⁹: sed etiã de animab⁹: bene ꝛsulendo. ꝓmis castigando ꝛc. Vñ ysus. Visito. poto. cibo. redimo. tego. colligo. condo. Consule. castiga. remitte. solare. fer. ora. ¶ Pro sermonis fundamẽto in quo agit ꝺ vita actiua ꝛ ꝛtẽplatiua theologicalis ortt q̃stio.

¶ Querit vtrũ aliquis possit sit hic vitã ꝛemplatiuã ꝛ actiuã: ita q̃ vna nõ impediat alterã. Arguit q̃ nõ: qr vnũ ꝛrariorũ impedit ꝑ alter. sed vita ꝛemplatiua ꝛ actiua videnꝫ ꝛrarietatẽ habere adinuicẽ: qr vita actiua occupat circa plurima: vita aũt ꝛemplatiua ꝛsistit ad ꝛemplandũ vnũ. igit. Jn oppositum ait Grego. vj moraliũ. q̃ ꝛeplationis arcẽ tenere desiderant/ prius se in campo ꝑ exercitiũ operis ꝓbant. ꝛ̃ quis põt simul habere vitã ꝛtẽplatiuã ꝛ actiuaz: ita q̃ vna non impedit alterã. Et sic q̃stio manet ꝑ vtraq̃ ꝓte dubia. Ad q̃stionẽ respõdendũ est: sm Tho. ij. ij. q. clxxvij. q̃ vita actiua põt cõsiderari quantũ ad duo: vno modo quãtũ ad ipm studiũ: ꝛ exercitiũ exterior actionũ: et sic ad dubiũ dicit: q̃ vita actiua impedit cõtemplatiuã: inquãtũ impossibile est: q̃ aliquis simul occupeꝫ circa exteriores actiones: ꝛ diuini ꝛtẽplationi vacet. Alio modo põt ꝛsiderari vita actiua/ quantũ ad ꝺ q̃ interiores anie passiones componit et ordinat: ꝛ quãtũ ad hoc vita actiua ad cõtemplationẽ ꝓmouet que impedit ordinationẽ exterior⁹ passionũ: ꝛ de illo loquitur btus Greg. in auctoritate in oppositũ allegata: vbi dicꝫ ꝓbant ꝛ sollicite scianꝫ: si nulla iam mala ꝓmis irrogãt: sed irrogata a ꝓmis equanimit⁹ portant: oblatq̃ bonis ꝛpalib⁹ nequaq̃/ si mens letitia felicitat/ si subtractis iam non nimio errore sautiãt aut deinõ ꝑpendãt: vt cũ ad semetipos introrsus redeunt: in eo q̃ spũalia rimenꝫ nequaq̃ eaꝝ rerũ corꝑaliũ vmbras trahant: vt fortasse tractas manu discretionis abigãt: ex hꝺ ergo exercitiũ vite actiue confert ad ꝛtemplatiuã: q̃ quietat interiores passiones/ ex qbus ꝓueniũt ꝑ que cõtemplatio impedit. ¶ Ad argumentũ dicit/ q̃ illud ꝓcedit quantũ ad ipam occupationẽ exteriorꝫ actuũ: nõ aũt quãtũ ad effectum: qui est moderatio passionũ ꝛ de istis fit ꝛmo. Juxta ẏba ꝓassumpta: ꝛ sic de alijs. Sed subtilit volẽs predicare de themate: inuenio q̃ in eo oñdunt tres excellẽtie b. Marthe: qs habuit i hac vita.

Prima est puritas ẏginalis: q̃ notat in ꝓmo Martha.

Scda est pietas ꝓmalis: que notat in scdo Martha.

Tertia est dignitas ꝑsonalis: q̃ notat in ẏbo sollicita es.

¶ Dico primo ꝛc. Puritas ẏginalis q̃ in lingua syriaca. idem est q̃ dominas. Jn hꝺ ostendit puritas ẏginalis duplici rõne: qr ẏgo dñatur corꝑi ꝛ sensib⁹. s. visui. auditui ꝛc. Jtem in intellectu in nõ cogitando: volũtati in nõ appetendo/ ꝛ mẽorie ꝛc. ¶ Scda ratio est: qr sicut dominas in q̃ntum talis nullũ habet superiorẽ: sic ẏginitas in genere castitatꝫ/ nõ habet gradũ superiorẽ. Unde Beda. Bona est castitas ꝰiugalis: melior est ꝛtinẽtia vidualis: sed optima ꝑfectio ẏginalis. Sed heu hodie pauci inueniunt ꝛc. Jdeo chris quasi faciens planctũ ꝺ hoc cũ Joãne dicebat. Habes pauca nomina in sardis/ ꝛ qui nõ coinq̃nauerũt vestimenta sua. Et ambulabunt mecũ in albis: qr digni sunt. Apoc.

In festo scti Petri ad vincula

ſñ. Sardis interp̃tat pulchritudo p̃cipatus ecce ẏginitas: que obtinet p̃cipatū: vt dixi ꝛc. Ecce quare Martha dicit dominās: qz fuit virgo. Jō dicit p̃cipliū euangelij. Mulier quedā Martha noie .i. dominās corpori suo: excepit christuz in domo sua. ſ. p ẏrtutū imitatione. ¶ Questio est hic/gre Martha seruauit virginitatē cuz Maria soror sua fuerit ita inhonesta: cū essent equaliter pulchre diuites ꝛ iuuenes: ꝛ nō timētes post mortē parentum: Rñ. p̃supposita diuina ordinatiōe Non inuenio aliam rōnem nisi infirmitates. Nam vt ait Amb. Mulier illa que patiebat fluxū sanguinis duodecim ānis de qua. Mat. ix. Fuit Martha: q̄ infirmitas facit tria in mliere. Primo facit eā perdere colorē. Scō facit eam fastidiosam sibi ipsi. Tertio facit eā feridā: quā infirmitatē habuit imediate post mortē parentū ꝛc. Jdeo Ecci. xj. Malitia vnius hore: obliuionē facit luxurie maxime. Nota malitia .i. infirmitas. Vnius hore: qz tempus p̃sens respectu eternitatiz nō est nisi vna hora. Horalit ꝛc. Infirmitas ḡ patient sufferēda est. Nam q̄ mlier est claudā: vel habet perlam in oculo: non curat portare perlas in vestib: q̄ sunt sane vadigant mlieres: sed supueniente febre ꝛc. pone in practica. Dic exemplū brē Petronelle/quā cum brūs Petr⁹ apl̃us genitor suus sciret eam ꝛcupiscī a pluribus: rogauit chm̃ ꝙ mitteret sibi febrē ꝛc. Jdeo Ecci xxxj. Infirmitas grauis sobriā facit animā ꝛc. ¶ Dico scdo pietas p̃malis. ſ. in elemosynis corpalib ꝛ spūalib: que tangit cū dr scdo Martha. .i. puocans seu irritans ſm interptationē hebraicā/sic elemosyna irritat diabolū ad pugnā: ꝛ hec ē melior q̄ prima. Auctoritas. Exerce teipm ad pietatē. Nam corpalis exercitatio ad modicū vtilis est pietas aūt ad oia valet: p̃missionē habens vite q̄ nunc est ꝛ future. j. Cor. iiij. Corpalis exercitatio est ieiunia/cilicia/vigilie ꝛc. que p̃sunt soluz sibi: sed pietas p̃dest sibi ꝛ alijs. Dic quō brā Martha dedit se elemosyne ad chm̃ ꝛ discipulos suos: recipiēdo eos in domo sua: ideo dicebat hospita chr̃i. Jtē post ascensionē christi/vendidit oīa ꝛ posuit p̃ q̄ū ad pedes apostolorū: vt diuiderēt pauperib⁹. Ecce opera pietatis corpalia. De spūalibus aūt dic/q̄ cum ap̃ter exiliū iret ad puinciā: ipa ex yna pte ꝛ Maria magdalene ex alia: cōuerterunt torā puinciā ad fidem chr̃i. Jtē dic de diacone quē interfecit. Jtem post q̄ fuit auinione cū ibi p̃dicasset in quadaz platea magna: vbi est mō cōuent⁹ p̃dicatorū: quidā iuuenis volēs ire ad p̃dicationē suā: volēs trāsire natādo p Rodanū submersus est: quē beata Martha post triduū inuentū suscitauit ꝛ baptizat⁹ est ꝛc. Jō dr euangeliū Martha aūt satagebat circa frequens ministeriū. ſ. tam corpale q̄ spūale. Horalit ꝛc. q̄liber debet vacare saluti sue ꝛ primi instruēdo/p̃sulendo/p̃dicādo ꝛc. Qui fecerit ꝛ docuerit hic magn⁹ vocabit in regno celorū. Mat. v. No. Qui fecerit primo ꝛ docuerit postea ꝛc. Dic vt expedit. Attende tibi ꝛ electioni: exhortatiōi et doctriue: noli negligere gratiā dei q̄ data est tibi. j. Tim. iiij. ꝛc. ¶ Dico tertio q̄ tangit dignitas p̃sonalis/cū dicit sollicita es. Nā p̃sone in dignitate existētes dñt esse sollicite. Ro. xij. Qui p̃est in sollicitudine. ſ. p̃sit. Habuit aūt brā Martha duplicē dignitatē. Primo in ꝫ mūdo: qz post q̄ diu p̃dicauit/fecit vnū monasteriū in Tarascone vbi sollicite p̃fuit monialib/i magna observātia religionis viuentib ꝛc. Scō in futuro mūdo p gloriā. Dic eius mortē p̃ciosam: ꝛ quō chr̃s et brūs Frontoni⁹ fecerit exeq̃as corpis ipsi⁹ ꝛc. Magna dignitas fuit. De nulla scrā legit hoc: nisi de virgine Maria et Martha ꝛc. Horalit. Si volum⁹ dimittere petā/ꝛ seruire deo honorabit nos ꝛc. Quicūq̄ honorificauerit me glorificabo eum. Qui aūt cōtemnūt me erunt ignobiles. j. Reg. ij.

¶ In festo sancti Petri apostoli ad vincula. Sermo lvij.

Omnus eripuit me ō manu herodis Act. xij. Tria festa fiunt in anno de brō Petro. Primo hodie. Scō de cathedra. Tertio de morte ꝛc. Hodie p̃dicabo de p̃mo. Salutet virgo ꝛc. ¶ Pro fundamēto p̃monis in q̄ agit de Petro/qui fuit ereptus a dño de manu herodis: p quē Pe

trū in sensu morali intelligit hō/q̄ gra dei opitulāte fuit a pcō erept⁹: ozik de iustifi catiōe ipsi⁹ hois pcōris theologicaℓ q̄o.

¶ Querik vtz ad iustificatione impij re q̄rak 2uersio volūtatis eius ad deū. Ar/guik q̄ nō: hz.iij.Re.c.iij.de⁹ Salomoni dormieti ifudit saplaz: ḡ a silī pcōri doz/mienti pōt infundere graz: sed gra est iusti tie forma: ḡ sine alīq̄ 2uersione volūtatis ad deū p⁹t impi⁹ iustificari. igik. ℑn op/positū. Non resplēdet silitudo solis in spe culo: nisi facies ei⁹ 2uertak ad solē: ḡ silit gra q̄ est silitudo solis iustitie nō resplen/det in ania: nisi facies ei⁹ ad deuz cōuersa fuerit p volūtatē. Cū ḡ sine gra nō possit iustificari impi⁹ 2uersio volūtatis ad deū requik ad iustificationē. Et sic q̄stio māet p vtraz pte dubia. ¶ Ad q̄stionē rnden dū est: sm Rich̄.in.iij.dis.xvij.ar.iij.q.j. q̄ sicut de rōe pcti 2uenit loq̄ dupliciť aut de lege cōmuni: aut de ꝓuilegio spēali: sic etiā de iustificatōe z sic loquēdo mō scdo de remissiōe pcti de⁹ posset remittere pec/catū absq̄ oīi satisfactiōe: sic loquēdo de iustificatiōe mō scdo de⁹ posset impiū iu stificare sine 2uersiōe volūtatz ei⁹ ad deū pcedente: sed loq̄ndo de iustificatiōe de le gecōi: sic dico q̄ ad h̄ q̄ corp⁹ formek per aiam ineſſe nature/oꝑtet corp⁹ p naturā disponi prius ordine nature q̄ infundak ania a creatore: sic ad h̄ q̄ ania adulti for/mek p iustificationē ineſſe gre/oꝑtet pce/dere 2uersionē volūtatz ad deū tpe vl̄ nā q̄ 2uersiōe disponak aia ad susceptionē gr̄ie q̄ formaliť iustificak. Et ad argumātū dr q̄ nō est silē de gra q̄ ꝓncipaliť aspicit affe ctū libez q̄ cogi nō pōt: z de sapia q̄ respi/cit intellectū q̄ cogi pōt: z tō magz requik volūtaria dispositio ad susceptionē gre q̄ sapie. Vel pōt dici: q̄ tunc Salomō rece pit sapiam non sm legē cōem: sed sm legē spēalem z ꝓuilegiatā. Vel pōt dici aliť q̄ ad ei⁹ susceptionē se disposuerat in vigilā do. Pcōres igik ad illā susciplendā dōt se disponere: vt de⁹ eos eripiat de manu he/rodis. ſ. diaboli sic eripuit scm̄ Petrū ō q̄ fit sermo: iuxta ꝟba assumpta. De mate ria hodierne festiuitatz volo p̄dicare z da re tres declaratiōes. Vel aliť dicit: q̄ ꝓ mo videda est expositio historica z ℓralis. Scdo tropologica z moral. De ꝓma dic vt. j. p. j. Scdam subdiuide in duas. Naz ꝓmo videndū q̄d sit⁹ ei⁹ liberatio. De primo dic: vt. j. in. ij. pte sm̄oīs: de tertia dic: vt i

Pria igik erit historica z ℓralis (tertia Scda erit allegorica z figuralis.

Tertia erit tropologica z moralis.

¶ Et pro q̄libet pōt dici thema. Dñs ꝛc. Scdm ꝓma declarationē pōt dicere the/ma b. Pe. Scdz scdaz: aia brā q̄ est i gl̄ia Dñs eripuit me ō manu herodis. i. diabo li. Scdm tertiā: pōt dicere thema ꝑsona que a pcis conuersa est ad statum gratie. Dñs eripuit me de manu herodis. i. pcti.

¶ Dico primo ꝛc. Historica z ℓralis ꝛc. Dic historiā ꝛc. Dic quō fuerūt tres hero des ꝛc. Vn̄ ysus. Ascolonita necat pue/ros: Antipa Joānem: Agrippa Jacobū claudēs incarcere Petrū. Iste aut̄ hero/des q̄ cepit Petrū vocabak herodes agrip pa ꝛc. Nota rōnē gre cepit ipm: q: ōr tex/tus. Vlidēs aūt q̄ placeret Judeis appo/suit apꝛehēdere z petrū. Nota hic tria pū cta. Primū icarceratio. Scdm ecclie oz. Tertium ozonis exauditio siue liberatio. Nota ℑ iudices z dños z rectores: q̄ vt pla ceāt alicui vl̄ pl̄o faciunt ℑ iustitiā. Sic fecit Pilat⁹ ꝛc. Jō Dauid. De⁹ dissipa/uit ossa eoz: q̄ ho. pla. 2fu. sūt. q. spze. eos Nota Ossa coz. i. bona tpalia q̄b hoies sustētank: sic corp⁹ ex ossib⁹ z h̄ in hoc mū do. Sed q̄d in futuro: Rūdit: 2fusi sunt. Rō. qm̄ de⁹ spreuit eos: q: pciuz sanguis chr̄i infiniti valoris nō valebit ad saluan dū eos. tō herodes volēs placere iudeis i/cidit in hāc dānationē ꝛc. Sed de⁹ puidit Nā ōr text⁹. Petr⁹ quidē seruabak incar/cere. Oratio aūt fiebat sine intermissione ab eccl̄ia ad deū p eo. Vn̄ etiā brā ꝟgo o/rabat p eo z alie scte mlieres ꝛc. Nota hic quō debem⁹ orare p platis nr̄is/z domi/nis tpalib⁹ ꝛc. q: maluz capitis tangit oia mēbra. Exemplū ō Dauid: ꝓpter cui⁹ pec catū in nūeratione ꝑpl̄i cōmissum tot⁹ po pulus punit⁹ est ꝛc. y. Re. xxiij. Jō Apl̄s Obsecro igik primū oim fieri obsecratio/nes/oīones/postulationes: z gra: actio nes: p ommibus hominib⁹/pro regibus et oīb⁹ qui in sublimitate cōstituti sunt vt quietā z trāquillā vitam agam⁹ ꝛc. vt/q̄. saluos fieri. j. Tim. ij. Scdo modo vi/

deam⁹ quō fuit ímpleta oz̄o íp̄oꝛ ꝛc̄. Dic hiſtoꝛiaꝫ. Et poterat dicere bꝛūs Petrus Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiā lau. ꝛc̄. Et quō hoc feſtū fuit traſmutatū ꝛ iſtitutū ꝑ feſto qō fiebat ꝑ victoꝛiꝫ Octauiani ꝛc̄. ¶ Scō̄a declaratio erit allegoꝛica et figuralis. Et nota q̄ in p̄dicta hiſtoꝛia ſūt q̄ttuoꝛ puncta. Primū quid ſignificat carcer. Scōm quid ſignificāt illi duo milites inter q̄s Petꝛ⁹ erat vinctus. Tertium quid ſignificāt ille due catene. Quarto q̄d ſignificēt q̄ttuoꝛ quaterniōes militū. ¶ De p̄imo dico q̄ carcer ſignificat ſtatū p̄ctī moꝛtalis. Rō̄ q̄ carcer habz vij. ꝯditiōes. vij. p̄cta moꝛtalia repſentantes. Pꝛia ꝯditio carceꝛis ē: q̄ eſt tenebꝛoſ⁹ Ecce ſupbia. q̄ nō ꝑſideꝛat hō̄ ſuā miſeꝛiam ꝛ vilitatez. Eccl. x. Quid ſupbis terra ꝛ cinis. Ꝯꝛſus. Foꝛma ꝛ fauoꝛ populi ꝛc̄ Scō̄a eſt ſub terrane⁹. Ecce auaꝛitia: q̄ auari terrā affectāt et ꝑ nihilo hūt terrā deſiderabilē. i. regnuꝫ celeſte. Tertia q̄ fetet. ecce luxuria ꝛc̄. Quarta q̄ eſt locus ſolitari⁹. ecce inuidia. Quinta q̄ eſt loc⁹ humid⁹. ecce gula. Sexta q̄ eſt loc⁹ frigidus. ecce ira: q̄ habet infrigidare aniam ab ab amoꝛe dei. Septima q̄ in carcere nullū opus fit: ecce acidia. vel q̄ eſt locus pauidus ꝛ ſignificat acidiaz q̄ ex pauiditate timet bene agere. ¶ Deſcō̄ ꝛc̄. Petrus doꝛmiēs ſignificat p̄cōꝛem in carcere peccati doꝛmiēt̄. Duo milites. i. iter angelū bonū ꝛ angelū malū. Jō̄ dic̄ dñs vnicuiq̄ nr̄m. Ecce ego mittā angelū meū q̄ pꝛecedat te et cuſtodiat in via ꝛ introducat ad locū quē paraui. obſeꝛua eū et audi vocez ei⁹ ꝛc̄. Exo. xxiij. Jt̄ē angel⁹ bon⁹ ōꝛ. Dimitte ꝛcubinā alias dānaberis et das ſcādalū alijs ꝛc̄. Ecōtra ōꝛ diabol⁹. Et nūq̄d ibis ad lupanar; ꝛc̄. Dic vt expedit. Dicit angel⁹ bon⁹ imaginatiōi p̄cōꝛis. Tu pecaſti ꝛc̄. cōfitere ꝛc̄. Et angel⁹ mal⁹ ex aduerſo ōꝛ. Vah. q̄d oꝑteꝛt ꝛc̄. Sufficit cōfiteꝛi in q̄drageſima diceꝛeꝫ q̄ tu es hypocrita: Jt̄ē angel⁹ bon⁹ dicit. Tu es vſuraꝛius ꝛc̄. Reſtitue q̄ alias ꝛc̄. Ecōtra angelus mal⁹ ōꝛ. Vah. ſufficit q̄ relinquas in teſtamēto. Vel ōꝛ. Et tui filij nūq̄d dent mēdicare; Vel ōꝛ. Vah. q̄ nō ē vſura q̄ ſic fit ꝑ totū mōm. Nota hic contra emētes vuas ante temp⁹ vel frumēta ꝛc̄. ꝑo minoꝛi p̄cio ꝛc̄. Jt̄ē angel⁹ bonus ōꝛ. Remitte iniurias ꝛc̄. Ecōtra angel⁹ malus. Vah. diceꝛeꝫ q̄ tu es vnus iude⁹ ꝛc̄. Ecce quō peccatoꝛ doꝛmit inter duos milites ꝛc̄. Jō̄ apl's. Surge q̄ doꝛmis et exurge a moꝛtuis: et illūinabit te cbꝛs. Eph. v ¶ De tertio ꝛc̄. q̄d ſignificant ille due catene. Iſte ſūt mala ꝙſuetudo ꝛ mala ſocietas. Pꝛima eſt mala ꝙſuetudo. Dicūt baꝛbitonſoꝛes ꝛ alij artifices laboꝛ̄es i feſtꝫ O cōſuetudo eſt: q̄n ꝛephendunk a ꝙfeſſoꝛe ꝛc̄. Jdem dicūt vſuraꝛij ꝛc̄. Jdez dicūt mulieres de oꝛnamētis ꝛc̄. Jdē dicunt religioſi nō obſeruātes religionis ſtatuta ꝛc Nota quō ꝙſuetudo ꝛtra ius naturale vl diuinū nō valet. De conſue. c. fi. Jdeo contra tales dicit ſcꝛiptura. Si mutare poteſt ethyops pellē ſuā aut pardus varietates ſuas: ꝛ vos poteꝛitꝫ bñfacere cū didiceꝛitꝫ mala Hiere. xiij. Scō̄a catena eſt mala ſocietas ꝛc̄. Dic vt expedit ꝛc̄. Jdeo chriſt⁹. Si ocul⁹ tu⁹ ſcandalizaꝛte ꝛc̄. Mat. xviij Et Cato. Que nocitura tenes ꝗ̄ uis ſint cara relinq̄. Vel dic: q̄ due catene ſūt due differētie peccatoꝛū: videlicet p̄cīm cōmiſſiōis ꝛ omiſſiōis: in q̄b cōpꝛehendunk oia peccata. ¶ De quarto ꝛc̄. Quattuoꝛ q̄ꝛniones militū ſignificāt q̄ aia ſ. ad poꝛtam. i. moꝛtē obſeruak multitudine demoniū q̄ dicunk quaꝛer quaꝛniones ꝑter q̄ttuoꝛ paſſiōes pꝛincipales: q̄b cuſtodiūt animam alligaꝛam ne exeat a caꝛcere peccati moꝛtalis et ſunt iſte: videlicet: gaudiū/ doloꝛ/ ſpes/ et timoꝛ. De quibus Boeti⁹. Tu quoq̄ ſi vis: Lumine claro: Ꝛꝛnere veꝛum: Ꝛamite recto caꝛpere callē: Gaudia pelle: Pelle timoꝛē: Spemq̄ fugato: Nec doloꝛ adſit: Nubila mens eſt: Ꝯnctaq̄ frenis: Hec vbi regnāt. Sola virgo Maꝛia obtinuit ꝑo gꝛatia ꝛc̄. Jō̄ Dauid. Jnhabitabunt. ſ. demones ſcz in camera vbi moꝛitur homo: et abſcondent ſcz ſe quia nō videntuꝛ: niſi aliquotiens a ſanctis perſonis ſicut a beato Martino: vel quandoq̄ a malis in pena: ſicut patet in exemplo q̄ō refert Greg. in. iij. dialogoꝛum. Calcaneū ſignificat moꝛtem ꝛc̄. Si deus ex miſcōia ſua mittit angelū ſuuz ſcz ſpiꝛitualem interius mouentez ad contꝛitionez dicendo. O miſeꝛ ꝛc̄. Et coꝛpale. i. p̄dicatoꝛē: vel ſacꝛdotez cū euchariſtia et

sic liberat ab insidijs demonū: iuxta pmissionē dei. De q̄ Exo. xxiij. Ecce ego mittā angelū q̄ p̄cedat te: z custodiat in via z introducat ad locū quē parauī. Ecce hic declaratio allegorica zc. ¶ Tertia declaratio erit tropologica z moralis. Pro q̄ notauī octo p̄ncta in liberatiōe Petri: significātia octo: q̄ deꝫ facit in liberatiōe pc̄oris in carcere pc̄oꝝ. Primū est mētis illuminatio. Scōm cordis ꝓtritio. Tertiū ei⁹ mendādi ꝓpositio. Quartum oris ꝓfessio Quintū debitoꝝ restitutio. Sexto iniurarū remissio. Septimū honesta cōuersatio. Octauū eucharistie cōio. Primū opꝰ qz illūinat carcerē. Illūinatio carceris/est q̄ pc̄or cognoscit pricula in q̄b⁹ stat/z mala q̄ incurrit peccādo: q̄ pri⁹ exīs in tenebroso carcere nō cogīscebat zc. Et tūc p̄t dici. Lux refulsit in habitaculo carcerꝭ zc. Dic p̄ctice. Istud lumē petebat Dauid: postq̄ peccauit d. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte zc. Scōm opus: qz angel⁹ p̄cussit in latere Petrū. Ecce ꝓtritio cordis: qz i latere sinistro stat cor. Ezech. vj. Ego ꝓtriui cor eoꝝ. Nūq̄d sentiꝭ istas p̄cussiones zc. Tertiū opꝰ: qz Petr⁹ erexit se. Ecce ꝓpositū nō redeundi ad petā: qz tūc bō stat rectꝰ: q̄ vero bō est in ꝓposito peccādi: est torꝰ obliquꝰ z distortꝰ qz facit ꝓtra rectitudinē aie q̄ est ratio et corpis zc. Jō Dauid. Surgite postq̄ sederitis: q̄ māducatis panē doloꝭ. Quartū opus: qz cecīderūt catene. Ecce ꝓfessio qz pc̄or tot catenis ligat⁹ q̄r pc̄ā hz. Jōo ōr scḗptura. Iniq̄tates sue capiūt impiuz: z funib⁹ pc̄oꝝ suoꝝ vnusq̄sq̄ cōstringit. Prouer. v. Et Dauid. Funes pc̄oꝝ circūplexi sūt me: sed ꝓfessio oēs istas catenas siue funes soluit. Nota quō catene quib⁹ aliq̄s ligat/hñt claues sine q̄b⁹ nō pūt solui. Claues aūt istas tenet sacerdos/q̄ solus absoluit. Luc. xvij. Jte oñdite vos sacerdotib⁹. Vide ō pe. z re. c. Si ep̄s. li. vj. in Glo. vlt. q̄ claues fuerūt collate b. Pe. Jō clamem⁹ ad eū dicētes. Solue iubēte deo culpaꝝ Petre catenas Qui facis vt pateāt celestia regna bris. Quintū opus/ q̄ dixit sibi angel⁹ p̄cingere. Ecce restitutio debitoꝝ: hec ē porta ferrea q̄ ducit ad ciuitatē. Quia rō q̄re aliq̄s nō vult restituere est: qz vult large viuere. Vñ ꝓfessori dicēti sibi restituar z: rñdent. Oꝑet me viuere: fm statū meū zc. Jō nō pompose/sz stricte oz viuere vt restituere possit. Jōo ch̄s. Sint lūbi vr̄i p̄cineti. s. viuēdo ō bono iusto: z lucerne ardētes i manib⁹ vr̄is. Luc. xij. i. opa meritoria. Sextū opꝰ z calcea te. Ecce iniuriaꝝ remissio. Discalciati sentiūt spinas zc. ita impatiētes, Sed calciati nō sentiūt: sic patiētes calceati d̄ñr in pede dextero p timorē dei: z i sinistro p timoꝛe inferni. State q̄ calciati pedes in p̄paratōne euāgelij pacis. Ephe. vj. Nota litteraliꝭ q̄ apli habebāt caligas et ꝓtertiā solares. Septimū opus/circunda tibi vestimētū tuū. s. mātellū honeste conuersatiōis q̄ circundat hoiem a ꝓte ante p deuotam ozonez. A ꝓte post p ieiunia. A dextrz p elemosynā vel tēperantiā. A sinistrz p patiētiā i aduersis. Jō Apoc. xvj. Btūs q̄ custodit vestimēta sua/ne nudus ambulet/z videant turpitudinē ei⁹. Vel ante p p̄udētiā. Retro p iustitiā. A dextris p tēperantiā. Et a sinistris p patientiā zc. Octauū opus. Seq̄re me. Ecce cōmunio. Angel⁹ em̄ p̄cat sacerdotē. Dalach. ij. Labia sacerdotꝭ custodiūt scientiā z legē requirūt ex ore ei⁹: q̄ angel⁹ dñi exercituū ē. Quē angel⁹ tūc bene sequit: q̄ñ ad exēplū sui accipit cōmunionē zc. Qui māducat meā carnē: z bibit meū sanguinē hz vitā eternā. Jo. vj. Tunc pc̄or p̄t dicere cū Petro dñs ert. me ō ma. hero.

¶ In festo bti Dominici patris nostri. Sermo. lix.

VOs estis sal terre. Mat. v. Pro declaratione sciendū q̄ ꝓclusio ē in sctā theologia: q̄ oēs creature corpales sensibiles habēt officiū in gñali. s. significare z repsentare res spuales iuisibiles. Jsta cōclusio, pbat rōne z auctoritate. Ratio est ista: q̄ cū diu sum⁹ in carne mortali nō possum⁹ intelligere res spuales: qz nihil possum⁹ videre: nisi spualia. Regla est enim pḧie/q̄ vnū q̄q̄ recipit in alio p modum recipientis. Q̄ q̄ nos sum⁹ materiales z corporales: cō nihil possum⁹ cape z intelligere directe/nisi corpalia vel silia corpalib⁹ reb⁹. Tum rone nr̄i q̄ sum⁹ corpales vt di

ri. Tuz rõne medij p qõ intelligimus/q̃ mediũ est sensus corpore⁹: qz omis nostra cognitio oritũ habet a sensu/ḋ sensus nihil pcipere põt/ nisi corpalia. Detur silitudo de illo/ḋ corã oculis tenet vitrũ viride vl̃ rubeũ: qz quicḋ videt videt viride vl̃ rubeum: ita de nobis. Oculi anie habent vitrũ ante se. i. corp⁹. ideo ꝛc̃. sed remoto vitro. i. corpe statim videt spũalia. s. angelos anias ꝛc̃. Jdeo apl̃us. Videm⁹ nunc per speculũ in enigmate: tunc aũt facie ad faciẽ. j. Cor. xiij. Jrẽ Exo. xxiij. Non me videbit hõ ꝛ viuet ꝛc̃. Jdeo ḋr p hũs/q̃ impossibile est nos intelligere: nisi p fantasmata. Dion⁹. i. c. cele. hierar. Jmpossibile est nobis aliṫ lucere diuinũ radiũ: nisi variet⁹ sacrator̃ vel animũ circũuelatuz. Et idẽ Dionysiꝰ ḋr. Jmpossibile est nob aliter lucere diuinũ lumen: nisi velamine figuratũ fuerit circũuelatũ. Propṫ h̃ ergo sciens deus/q̃ nõ possunt a nobis videri: nisi corpalia: creauit mõm in q̃ libet creatura corpalis: q̃ntũcũq̃ magna rep̃sentat ꝛ figurat spũalia. Sic facit pictor ḋ pingit ãgelos sub forma corpis. Et sic etiã p pheꝛ̃ veter̃ testamenti. sic̃ ꝛ Ezechieli: ꝛ Daniel⁹: ꝛ Hieremie. Et Joãni i apocalipsi de⁹ multa spũalia reuelauit sub imaginib⁹ rer̃ corpaliuz/ sicut pictor ꝛc̃. Ecce ratio. Auctoritas. Jnuisibilia dei a creatura mũdi: p ea q̃ facta sunt: intellecta cõspiciunṫ. sempiterna q̃z virt⁹ ei⁹: ꝛ diuitas ira vt sint inexcusabiles ꝛc̃. Ro. j. Patz q̃ cõclusio rõne ꝛ auctitate. Propṫ hoc q̃: dã pfectio apl̃or̃: ꝛ viror̃ apostolicã vitã seq̃tiũ sicut fuit btus Dominic⁹ erat iuisibilis ꝛ spũalis. Volens de⁹ incarnatus ipaz pfectionẽ significare p creaturã corporalẽ: cõparauit eã sali. Jdeo ḋr thema apl̃is ꝛ btõ Dñico. Vos estis sal terre.

¶ Pro fmonis fundamẽto/ḋ est de sctõ Dñico ordinis predicator̃ fundatore: oritur de religione theologicalis q̃stio.

¶ Querit vtrum oīs rei ꝓseruatio sit a deo. Arguit q non: ad nobilitatē agentis creati ptinet: q pōt facere opus q se stabile nō indigens ipso artifice ꝓtinue sustentante: sed de⁹ est artifex mlto nobilior/ et mlto potētior. g videt q operib⁹ suis detale esse/ q nō indigeant ipo ꝓseruāte continue: igit ꝓseruatio rer nō videt imediate esse a deo. Jn oppositū nihil mutabile subsistit/ nec saluat in esse nisi q mutabile t fixum: sed oīa esse creatu mutabile est t variabile: saltē a ptērito in futurū. ergo nihil pōt subsistere nisi deo ꝓseruāte: et ista qstio manet ꝙ vtraqz pte dubia. ¶ Ad qstionē respondendū est: ſm Bonauē: sug. ij. sen. dis. xxxvij. q omis rei cōseruatio est a deo t oim rerū actio: t ratio hui⁹ est necessitas t indigētia ex pte creature. omis em creatura ex nihilo est: t aliunde habet esse: qz ex nihilo est. Jdeo quodāmō vana est t vanitati subiecta: qz vero aliūde habet esse. Jdeo esse est quodāmō accidentale ꝓtrario mō est in deo in quo nō est accidēs. Sicut em vanū nō pōt fulciri: nisi q verū t stabile t accidens nō pōt fulciri: nisi q subiectū: sic esse creature nō pōt cōseruari absqz munificētia creatricis essentie: patet q Gregō. Cuncta in nihilū cederēt nisi man⁹ cōditoris ea ꝓtineret. Jgit oia que ꝓseruantur/ a deo conseruant. ¶ Et ad argumentū dicit/ q non est simile q eo qđ artifex creatus sic facit rem: qđ nō facit eius psentia intrinseca: nō em pōt in totam rei substantiā: t ꝓterea res facta conseruari pōt/ in primis principijs que non dependēt a potestate artificis/ nō sic autē est in ope dei. Omne em opus qđ de⁹ facit ſm totuz sui facit. Jdeo totalit ab ipso dependet: t sine ei⁹ aditorio ꝓseruari nō pōt. a q fuit liberata t ꝓseruata btā Cecilia: de q fit ſmo: iuxta ꝓba assumpta tc. Jnuenio q in h mōo sūt qnqz ꝙditiones.

Prima perditio est anie: t ista venit ex peccato superbie.

Scda perditio est corꝝpis: et ista venit ex peccato luxurie.

Tertia perditio est tēporis: t ista venit ex peccato acidie.

Quarta ꝙditio est diuitiaꝝ: t ista venit ex peccato auaritie.

Quinta ꝙditio est glie: t ista venit ex peccato inconstantie.

¶ Prima perditio tc. Declara primo qđ est ꝙditio anime: est perditio rationis: et hanc facit perdere superbia. Declara per similitudinē de frenetico: qui rideꝝ q est in pcinctu mortis. Vel de eo q ducit ad furi

tas si iret ornat⁹ pompose ridendo: z cantando: diceret de eo: iste est pditus z fatu⁹ ꝛc. nisi pro fide vel iustitia moreret: sicut ꝺ Agatha legit. q̄ lerant z gloriāter ibat ad carcerē. Et q̄si ad epulas inuitata agonem suū dño p̄cib⁹ cōmendabat ꝛc. Sic hō ducit ad mortē p̄sniam datam a deo. Statutū est hominib⁹ semel mori. Hebr. ix. Et cōtinuo ducimur ad mortē. ij. Reg. xxiiij. Omes morimur z sicut aque dilabimur in terrā que nō reuertunt. Homo ḡ superbus dicit stultus ꝛc. z pditus. De ista pditione dicit scriptura. Superbiā nūq̄ ī tuo sensu aut in tuo ꝟbo dñari ꝑmittas. In ipsa em̄ initium sumpsit omis pditio. Tob. iiij. Nota. Omis perditio, s. angelorum et hominum. Nota de angelo⁹ perditione cuius causa fuit lucifer ꝛc. Dic quō z quare cecidit. Quomō aut̄ lucifer fuit causa pditionis alio⁹ angelo⁹ ponit Tho. in. ij. sentē. dist. vj. ar. ij. quia. s. illud qō lucifer desiderauit ad actum pducere: alijs angelis ostendit: suū desideriū exponendo. Et simul cū hoc fuit alio⁹ visio et puersus desiderij ꝟsensus. vnde non soluz alij angeli ꝟsenserunt z appꝛobauerūt desideriū luciferi: sed etiaz aliq̄d appetierūt sibi ipis ex quo supbiebant: vt sibi ipsimet fm potestatē naturaliū suo⁹ gl̄iam acq̄rerent, tamē sub deo z sub supioꝛib⁹ angelis: z q̄ eam in oc̄os alios angelos inferiores transfunderēt, z aliq̄d appetebāt ipi supioꝛi in q̄ sibi ꝟsentiebant: vt. s. dicta dignitatē assequerēt: q̄ eadem ratio erat de vno z de oibus. Et ponit Tho. similitudinez de illis q̄ pari rōne se habēt ad aliq̄d cōquerendū: z ideo omes in vnū aspirantes quilibz sibi z alijs desiderat fm Tho. Item hoim. Dic de Adam et Eua ꝓpter quo⁹ supbia perditum, fuit humanū genus ꝛc. Dic quomō ꝛc. Ecce prima perditio. Ab ista ergo prima pditione fuit liberata btā Cecilia. Nota q̄ tria sunt, q̄ dāt superbiaz mulieribz z puellis. s. pulchritudo corꝓis. Copia in ornamētis. Tertio nobilitas generis. Primū fuit in btā Cecilia: quia erat pulchꝛior omnib⁹ domicellis romanis: sed tamē ne supbiret attenuabat se per ieunia ꝛc. Vnde eccl̄ia. Biduanis ac triduanis ieunijs orans: suam dño pudicitiā cōmendabat, cōtrariū faciunt hodie domicelle ꝛc. Scōm etiam sed nō fecit Cecilia supbire: q̄ licz a parēt⁹ ornarek, nec posset eis in hoc oīno resistere: tamē subtus induebak cilitio, ne supbiret, Ecclesia. cilitio Cecilia carnez domabat: quo desuper deauratis vestib⁹ regebatur. Tertiū etiā non fecit eam supbire: q̄ licet esset generosa ꝛc. tamē cogitabat humilitatē chr̄i ꝛc. z legebat euangeliū ꝛc.

Pater primū. Ideo ei potest cōuenire illud Dauid. Ego aūt cum mihi molesti essent. s. parentes mei, vt ornarē me induebar cilitio ꝓtra ornamēta corꝓis. Humiliabā in ieunio animā meā, cōtra pulchritudinē corꝓis. Et oratio mea in sinu meo cōuertetur, ꝓtra nobilitatē generis. Ecce quō liberata fuit a prima pditione. Ideo regratiak deo dicēs. Liberasti me dñe ꝛc.

¶ Scōa perditio ꝛc. Nam detur vna ꝑsona casta et altera luxuriosa: casta viuet viginti annis plus ꝛc. quia luxuria est sicut ignis q̄ consumit corꝓus. De hac pditione quidā sctūs liberat⁹ regratians deo dicebat. Confiteor nomini tuo dñe: quoniā adiutor ꝛ protector factus es mihi: z liberasti corꝓus meū a perditōne, Et infra. Ꝓressura flāme que circūdedit me: z in medio ignis non sum estuat⁹. Eccl. vltio. Ab ista perditōne fuit liberata btā Cecilia ꝛc. Dic quō infestatione parentū, licet excusans se tū ꝓtraxit mr̄imoniū cū Valeriano ꝛc. sed btā Cecilia orabat ꝑ ꝓseruationē ꝟginitatis ꝛc. Vñ Eccl̄ia. Cantātibus organis Cecilia ꝟgo in corde suo: soli dño decātabat dī. Fiat dñe cor meum, z corꝓ⁹ meū imaculatū: vt nō ꝓfundar ꝛc. Dic quō in nocte existēs in camera cū sponso ꝙuertit eū ꝛc. Dic hist̄oriā q̄ueq̄ venit angelus portās eis duas coronas roseas ꝛc. Tunc ambo fecerūt votū ꝟginitatis: vt viuerēt sicut Maria z Joseph. Mozak⁹ fuetis ꝟginitatē vel castitatē: ꝑ quā efficitur hō socius angelo⁹. Ideo scꝓtura, O q̄ pulchra et casta est gn̄atio cū charitate. Sap. iiij. Nota. Cū charitate, mixti sūt casti ꝓpter timorē cōfusionis ꝛc, nihil valet: vel ꝓpter turpitudinem minime valet: sed cum charitate que est forma z pfectio ꝓtutū oim ꝛc. ¶ Tertia pditio est tpis a petō accidie. Dic ꝙ istō: ꝓut expedit qō pcliosissima rez ē. Nota q̄tū emeret aia dā

nata vnā hoīam de tpe. Nota exemplum Chrisauri qō ponit Gre. in dialo. tc. Sic hodie multi in senectute vel in ifirmitate querūt tēpus ad disponēdū de aia. Jō dr scriptura. Quēcūq; potest man⁹ tua facere instanter operare: quia nec opus/nec rō/nec scientia/nec sapientia erūt apud inferos quo tu pperas. Eccl. ix. tc. Ab ista g pditione fuit liberata brā Cecilia: qz totum temp⁹ diuidebat z expendebat ad honorē dei z salutē pximoz. Dic quō media no/cte surgebat ad orādū tc. Jtē audita mis/sa de mane portabat cibū z potū christia/nis incarceratis p fide tc. Jtem monebat z pdicabat eis tc. Sic totū tēpus expēde bat ad honorē dei z vtilitatē pximi tc. Jō Apl's. Jta fratres mei dilectissimi stabi/les estote abundātes in omni opere domi ni semper: scientes q labor vester non est inanis in dño. j. Coz. xv. ¶ Quarta per/ditio est diuitiarū ex pctō auaritie. Aua/ri em̄ credunt pseruare diuitias cōgregan do z custodiendo: z illud facit eas pdere. Nota similitudinē de duob⁹ diuitib⁹ itine rantib⁹ debentib⁹ transire passum periculo/sum tc. Vide supra in sermo. beati Laurē tij. parte. ij. in prin. Jdeo de hac pditione dicit scriptura. Perde pecuniā propter fra trem z amicū: z nō abscondas illā sub la/pide in perditione. Eccl. xxix. Nota sub la pide, s. auaritie, Ab ista ergo perditiōe fu/it liberata beata Cecilia: quia antecz ve/nisset ad passum periculosum mortis posuit in mensa. i. in manib⁹ pauperum pecuniā: z vocatis virginib⁹ domicellis: quas nu/trierat ad seruitiū di/dedit aliquid illis que volebāt viuere i virginitate: vt possent viuere cum laborib⁹ suis ne essent ociose. Alias vo dedit viduis orphanis et captiui/is/z solam domum sibi retinuit. Nota liter, Jdeo christus. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiā psequent. Mat. v. Dic vt vis tc. ¶ Quinta pditio est glo rie ex inconstantia. Quidaz em̄ incipiunt bene sed retrocedūt tc. Da similitudinem de currentib⁹ ad brauiū/quoz quidaz fer/uenter incipiūt currere: sed postea deiūt vel pter spinas/vel pter ventum/vel p/pter longitudinē vie tc. Sic multi incipi/unt feruenter tc, postea pter spinas: id ē destructionez alioz deiūnt tc, vel pter ventum alicuius tentatiōis: puta doloris capitis: vel stomachi tc. vel pter longitu dinem vie psiderando diuturnitatē tem/poris vite pprie tc. Ab ista ergo pditione fuit liberata beata Cecilia: qz pseuerauit tc. Dic eius martyriū. Jdeo dic regratiā/do deo, Liberasti me one de pditiōe. Sic nos pseueremus tc. Nō qui inceperit tc. Deo gratias. Amen.

¶ In festo sancti Clementis, Sermo. Lxxxvi.

Quisputas ē fidelis seru⁹ z prudēs: Mat. xxiij. Et i euangelio hodierno Pro declaratiōe sciendū: q regula est i the ologia: q deus dat gloriā paradisi fm me ritum bone vite: nō ex aliqua obligatione necessaria ex parte dei: sed ex pmissiōe vo/luntaria z gratiosa. Detur similitudo de seru/is z ancillis. Nunquid ex diligenti seruitio ipsorū possent petere hereditatē dñi in retributionē seruitij: Certe nō tc. Dic pra ctice. Sic in pposito. Omnes sum⁹ serui christi empti ab eo. Auctoritas. Nō enim estis vestri. Empti em̄ estis precio magno j. Coz. vj. Precii fuit sanguis chri. Non corruptibilib⁹ auro z argento redēpti est/ de vana vestra cōuersatiōe paterne tradi/tionis: sed precioso sanguine agni imacu/lati Jesu christi, j. Pe. j. Magnus honoz est esse seruum dei: qz seruire deo regnare est. Vñ Agatha dixit Quintiano. Sum ma ingenuitas est in qua christi seruitus cōprobat. Ex seruitio ergo nostro non pos/sumus petere gloriaz: qz tenemur ex debi/to seruitutis, Auctoritas christi. Nūquid gratiā habebit seruo illi: qui fecit q ei im/perauerat. Nō puto. Sic z vos cum fece ritis oia que pcepta sūt vobis: dicite seru/i inutiles sum⁹ quod debuim⁹ facere: feci/mus, Lu. xvij, Debet g peti hereditas glo rie/ex liberali pmissione dei/q pmisit vni/cuicz reddere fm opera eius. Filius hois ventur⁹ est in gloria patris sui cum angel⁹ suis: z tunc reddet vnicuicz fm opera ei⁹. Mat. xvj. Cum g beat⁹ Clemēs fecerit multa z magna opera in hac vita: sequit, q est magnus in gloria eterna. Et de hoc

querit thema admiratiue ꝺ magnitudine glorie sue dicens. Quisputas ꝛc. quasi diceret beatus Clemens. Fidelis seruus ⁊ prudens quisputas est. i. quant⁹ est in gloria interrogatiue: quasi diceret magnus. Pro sermonis fundamento qui est de sc̄o Clemente: qui fuit seruus dei fidelis ꝓp quem mori voluit: oritur theologicalis q̄

¶ Querk. Utrum homo dei seru⁹ (stio. quantūcunq; charitate cōstitutus teneat mortez̄ pro christo ad exemplū sancti Clementis subire? Arguit ꝙ sic. Quilibet tenetur plus diligere deum q̄ omne creatū quantūcunq; sit imꝑfectus: ergo quilibet tenetur pro honore dei ⁊ gloria paruipendere se ⁊ sua. Cum igit̄ opportunitas temporis se offert: videt ꝙ quilibet tenetur ꝓ christo mortem subire. In oppositū habet Joan. xv. Maiorem charitatē nemo habet: vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Ergo mortem ꝓ christo subire videt ꝑfectionis maxime: sed homines imperfecti nō tenent ad opera ꝑfectionis: ergo nō omnes tenent mortē ꝓ christo subire, ⁊ sic questio manet ꝓ vtraq; parte dubia. Ad questionē respondendū est ſm Bona. sup iij. sentē. dist. xxx. q. ij. ꝙ subire mortē intētione placēdi deo pōt esse tripliciter. Uno modo qñ adest necessitas: vel deserēdi iustitiam vel amittendi vitam. Alio modo qñ se offert opportunitas diuinaz̄ gloriam manifestandi/⁊ edificandi ecclesiam. Tertio modo solum ꝓpter hoc ꝙ vitam suam habet exosam. Primū est iustitie ⁊ necessitatis. Scōm est ꝑfectionis ⁊ superogationis. Tertiū seueritatis et crudelitatis/cū quo querit. Utrū omnes teneant mortem pro christo subire: dicendū est: ꝙ pro loco et tempore: vbi talis optio datur vel ꝙ iustitia deseratur vel ꝙ vita ꝑdatur. Ibi oēs quantūcunq; sint imperfecti tenent mortem subire ⁊ preeligere magis deo dilecto mori: q̄ ipso offenso viuere. Ubi ꝯo talis necessitas nō imminet: nec datur optio tamē offert se opportunitas manifestandi diuinam gloriam: ⁊ edificandi ecclesiaz̄; si homo se morti exponat mortem subire est perfectionis: ⁊ superogationis: ad quam ideo oīes tenentur pro christo. Et ad argumentum dicitur: ꝙ verum est ꝙ quilibet plus tenetur diligere deum q̄ omne creatum: non tamē ꝓpter hoc sequit: ꝙ homo tenetur pro christo deserere omne creatum: qz̄ potest habere simul christum ⁊ creatum: nisi sit ꝓpter iustitiā dei deserendaz̄: quia homo debet potius velle mori q̄ denegare deum: ⁊ ipsum offendere. quā mortem Clemens ꝓ christo passus est: ⁊ magis mori voluit q̄ deum dimittere: ideo dicit. Fidelis seruus: iuxta verba assumpta ꝛc̄ Thema tangit tres magnas virtutes et excellentias.

Prima est credulitas diuinalis: quia fidelis.

Secūda est humilitas cordialis: quia seruus.

Tertia est sagacitas ꝓphetalis: quia prudens

¶ Dico primo ꝛc̄. Istā habuit beat⁹ Clemens. Dicit historia ꝙ tempore apostolorum beat⁹ Clemens erat rome filius magni dñi: sed nunq̄ viderat parentes suos ⁊ desiderabat eos videre in alia vita diligenter. igit̄ inquirebat si erat alia vita: et ibat ꝓ scholas diuersas inquirens scire de immortalitate anime. De quo vide Tho. in. j. parte. q. lxxv. ar. vj. Nota quinq; scholas que tunc erant rome. Prima schola erat Epicureoꝝ ab epicuro: qui dicebant felicitatē hominis cōsistere in delectatiōe carnis. Et ꝙ anima hominis moritur simul cum corpore. Et sumebāt fundamentum ab auctoritate Salomonis di. Dixi in corde meo ꝺ filijs hominū: vt probaret eos deus: ⁊ ostēderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hominis ⁊ iumentorū ⁊ equa vtriusq; conditio. Sicut moritur homo/sic ⁊ illa moriunt. Similiter spirant omnia: ⁊ nihil habet homo iumento amplꝰ. Eccl. iij. Sed Rñ. ad illā auctoritatē dupliciter. Primo modo ꝙ loquitur in ꝑsona hominū mundanorū: q̄a liber ille dicitur ecclesiastes. i. concionator ſm Greg. Vel dic scōdo ꝙ intelligit de corpore/nō de anima: ⁊ hoc patet cum p̄mittit. Vidi cūcta que fiunt sub sole. Anima aūr rationalis nō fit sub sole. i. solis influentia vt aie iumentoꝝ: sed supra solē. i. virtute dei q̄ eam imediate creat Gen. ij. Fozmauit igit̄ deus hoiem de limo terre: ⁊ inspi. in faciem eius spi. vite. i. aiam ſm glo. Augu. beatus ꝙ Clemens audiens istam

U

opinionē tristis recedebat. Secūda schola erat stoicoꝝ q̄ ponebant felicitatem humanam in honestate virtuali. Et isti aliquantulū melꝰ sentiebāt q̄ primi: sed errabant in hoc: qz dicebāt etiā animā mori cū corpore: ea ratiōe moti: qz alia nō videt de corpore egredi quādo homo morit: sic nec qū morit iumentū ꝛc. Sed nō valet aliqd ista ratio: qz ania que est in corpore nō pōt videre nisi corporalia: ratio qz velum carnis impedit. Vetus siꝫitudo de homine tenente vitrū viride ante oculos ꝛc. Vide supꝫ ꝛc. Ita ō ania ꝛc. Ideo apl̄us. Videmꝰ nunc p speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciem. j. Coꝝ. xiij. Aliq aliꝫ de ista schola dicebant melꝰ q̄ est alia vita: vt Seneca/Dioge. ꝛ alij multi ꝛ facie bant istam rōnez: qz hic boni nō premiant nec mali homies puniunt. Justitia autez dei exigit ꝓrarium: ergo ꝛc. Fiat ergo rō formalis ꝛc. Audies aūt beatꝰ Cle. istaz rōnem ꝛ opinionē consolabat ꝛc. Tertia schola erat peripateticoꝝ q̄ ponebant felicitatē humanam in veritate intellectuali. De hac secta fuit Socrates/Plato/Aristote. Anaxagoras ꝛc. Et isti tenebant q̄ erat alia vita: ꝛ mouebant ista rōne: quia alia nō depēdet a corpore ꝛc. Vide supra. Audiens g̃ sanctꝰ Cle. istā rōnem multū confortabat. Quarta schola erat theologie. Et ista erat iudeoꝝ i quo inuenit duas opiniones ſm q̄ erant due secte iudeorum. Vna saduceoꝝ di. q̄ nō erat alia vita ꝛ fundabant ea rōne: qz Moyses nihil pmisit de alia vita/nec in toto veteri testamento. Sed queritꝫ cur fecit hoc: quia reseruabat hoc messie tunc futuro. Ideo christꝰ dicit istis. Erratis nescientes scripturas neq̄ virtutē dei. Mat. xij. Et alia opinio erat phariseoꝝ q̄ credebāt aliā vitā ꝛc. Quinta schola erat chr̄ianoꝝ. Primus qui legit rome theologiā fuit beatꝰ Barnabas: ꝛ postea Petrus et Paulꝰ q̄ predicabāt aliam esse vitā/in qua boni p̄miabant̄ per fidē christi: ꝛ mali puniebant̄. Dicebat btūs Clemēs. O isti bene dicūt. Sed male phant̄ ꝛc. Dicebant apostoli. Nō phamꝰ. Expecta modicum/ꝛ ad pbationē dicti sui resuscitabāt mortuū. ecce argumentū insolubile. Et sic beatꝰ Cle. credidit. Paret p̄ma pars. Ideo pōt dici de eo. Hic. s. rome iam querit̄ inter dispen. vt fidelis q̄s inuenias. j. Coꝝ. iij. Nota. Dispensatores. scz phos q̄ dispēsant scientiā. Horaliter, qz alia vita est ꝛc. Ideo psentē vitā nō recipiamꝰ nisi vt viā. Sic g̃ viatores ñ curāt ꝛc, sic nos ꝛc, iustoꝝ aie i manu dei sūt: ꝛ nō tan. illos tor. mali. visi sūt oculis insipientiū mori. illi aūt sūt in pace. Sap. iij. ¶ Dico scdo ꝛc. qz seruꝰ: qđ est nomē humilitatz. Hāc humilitatē habuit excellenter btūs Cle. Qđ patet in h̄ qz btūs Petrꝰ presciens se moriturꝰ dixit: q̄ reputabat Clementē sufficientez ꝛ idoneū ad papatum ꝛc. ita q̄ ꝓsulebat q̄ post mortē suā eligerēt ipsum. Sed btūs Cle. post mortē bti Petri cū videret q̄ illi electores vellent eū elig̃ere recusauit būliter dicens se nō dignum. Et ꝓterea allegauit rōnez ne inoleret ꝓsuetudo q̄ papa anteq̄ moriat eligat sibi successorē qđ esset noxium valde eccl̄ie dī. ꝛ sic obtinuit: ꝛ fuit electus Linus. Iterū mortuo Lino voluerī eligere Clementē: sed eadē rōne se excusauit: ꝛ elegerūt Cletū. quo etiā mortuo fuit electus Clemēs nō obstantib⁹ rōnibus suis ꝛc. Si fieret mō sic nō esset scisma in eccl̄ia dei ꝛc. Bene ergo tenuit ꝓsilliū sericprure dī. Quanto magnus es: humilia te in oib⁹. Eccī. iij. Ecce quō dī seruꝰ. i. humilis: Tū ante papatū renuendo. tū etiā post papatū seruiendo. Postq̄ enī fuit papa nō tam pfuit q̄s seruiuit: iuxta illud cōsilium christi. Quicūq̄ voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et quicūq̄ voluerit inē vos ꝓmꝰ esse erit vester seruus. Mat. xx. Horaliter instruimur q̄ debemꝰ fugere ꝓlationes ꝛc. Judiciū durissimū bis qui pūnt fiet. Sap. vj. Expone vt supꝫ in ser. bti Blasij. Quidā ambitiosi adducunt ꝓ se auctoritatē apostoli. Si q̄s episcopatū desiderat/bonum opus desiderat: qđ exponit̄ tripliciter. ¶ Dico tertio ꝛc. sagacitatē. i. prudētiaz virtualē. Prudentia ſm phm in. vj: Ethi. stat in ordinando quementer res in debitū finem. Verbi gr̃a: de nauclero nauis ꝛc. sic finis noster est vita eterna. Auctoritas. Nūc liberati a pctō/seruī autē facti deo habetis fructū vr̄m in scrifi. finem ꝓ vitā eternā. Ro. vj. Prudentia g̃ nr̄a ꝓfuit in h̄ q̄ taliter ordinemꝰ vitā nr̄am: vt ad illā peruc

niam?: nō obstantib⁹ mōi occasiōib⁹ ꝛ carnis inclinatiōib⁹: et diaboli tentationib⁹. Als si hō ordinat vitā suā ad acquirēduz diuitias vl̄ honores ꝛc. dz prudēs in mōdo nō apud deū. De talib⁹ dicit Esa. v. Ve q̄ sapientes estis in oculis vr̄is: ꝛ coram vobis metipsis prudentes ꝛc. Nota quō beatus Ele. ordinauit vitā ꝛ doctrinā/ ꝛ mortem ad gloriā dei. Nota ei⁹ exiliū ꝛ passionem p̄ chr̄o ꝛc. Jō instruimur ꝛc. iuxta cōsiliū bti Petri. Qm̄ aūt finis appropinq̄bit, iō estote prudentes. j. Pe. iij. Amen.

¶ In festō sancte Catarine virginis et marty. Ser. LXXXVII.

Profert de thesauro suo noua et vetꝰa. Mat. xiij. Pro declaratiōe ꝛ introductione sciendū: q̄ chr̄ist⁹ volens dare modū ꝛ doctrinā discipl̄is quō deberent predicare p̄ mundū ꝛ disputare dedit eis talē regulā. Ois scriba doct⁹ in regno celoꝝ similis ē homini p̄fisa. Qui pfert. ꝛc. Mat. xiij. Scriba est nomē eq̄ocū: q; vel dicit ab officio scribendi: vel a noticia scripture. ꝛ hoc mō sumit hic. Regnū celoꝝ dicit scriptura sctā. Rō est: q; de celo videmus exteriora: sed nō interiora q̄ sunt nobis occulta ꝛ sola fide tenemus: nisi q̄b⁹ deus reuelauit. Sic in scriptura videm⁹ exteriora. i. sensum l̄ralem: sed nō alios sensus ꝛc. q̄ sunt occulti/ nisi illis quib⁹ dn̄s reuelat. apiendo intellectū scripturarū ꝛc. Jō dic. Ois scriba doct⁹ in regno celoꝝ. i. in sacra scriptura, similis est homini p̄fisa. Quis est p̄fisa, nisi chr̄ist⁹ q̄ est pater vl̄is solus: Alīq dicunt p̄es pticulares: puta pater carnalis vel spiritualis ꝛc. Un̄ Grecisim⁹ Est pat̄ hic cura p̄ est ab⁹ genitura. Est p̄ erate: p̄ ille vocat honore. At summuz regē vocat ipsa creatio patrē ꝛc. ſz p̄ vl̄is ē chr̄is q̄ creat oia. ꝛ animat baptizat ꝛ audit confessiōes ꝛc. Jō dic ipse, p̄cm. s. vl̄em. nolite vocare vobis sup̄ terrā. Un⁹ ē pat̄ vr̄ q̄ in celis est. Mat. xxiij. Hunc q̄ p̄ri. i. chr̄o dz p̄dicare esse silis p̄dicando. s. doctrinas nouꝝ ꝛ veteris testi: qō est figura nouꝝ. sic̄ legista dz fundare se sup̄ leges ꝛc

Erubescimus em̄ cum sine lege loq̄mur. Ex quo omnia in figura cōtingebāt illis. j. Coꝛ. x. Un̄ spiritusscrūs loquit̄ christo di. Oia poma noua ꝛ vetera: dilecte mi servauī tibi. Can. vij. Nota. Poma. i. auctoritates ꝛ doctrinas. Sicut q̄ chr̄ist⁹ insuis p̄dicationib⁹ ꝛ disputatiōib⁹ cū iudeis seruauit regulā: q; cū doctrinis ꝛ auctoritatib⁹ nouī ꝛ veteris testi ꝛc. Jta ois scriba doctus in regno celorum ꝛc. Non debz predicator vel disputator fundare se super reglas. Arist. nec fabulis Ouidij aut eloquentia Virgilij: vel diuersis poesib⁹ q̄ sc̄t syrenes vsq; in extiū dulces: vt dic̄ Boe. lib. j, p̄sa p̄ma. Un̄ Apls. j. Coꝛ. ij. Sermo me⁹ ꝛ predicatio mea nō in doctis humane sapiēt̄ie p̄bis: sed in ostensione spiritus ꝛ virtutis. vt fides chr̄isti nō sit in sapientia hoiz: sed in p̄trute dei. Jstā regulā tenuit btā Catharina q̄ fuit in magnis ꝛ subtilib⁹ disputationib⁹: in quibus profe/rebat de thesauro suo. i. intellectu vel cogitatione sua. noua ꝛ vetera. i. auctoritates nouī ꝛ veteriꝫ testamenti. Jdeo dicit thema. Profert ꝛc. Patet thema. Pro fundamento sermonis qui est de Catarina q̄ vicit disputationē tyrannicam: tyranno. s. Maxentio subiici noluit: oritur de ipsa tyrannoꝝ subiectione theologicalis q̄stio.

¶ Querit. Utrū christiani teneātur subesse tyrannis. Arguitur q̄ nō. Datus est vinculum legis diuine q̄ sit vinculum cōstitutiōis humane: sed lex euangelica absoluit ab onere seruitutis legalis: que quidem a deo per Moysen lata fuerat: ergo multo fortius absoluit ab onere seruituz humane: ꝛ legis ciuilis. Jn oppositū habetur. j. Pe. ij. Serui subditi estote in om̄i timore dominis: non tantum bonis ꝛ modestis: sed etiam dyscolis: ergo christiani tenētur subesse tyrannis: et sic questio manet p̄o vtraq; parte dubia. Ad questionem respondendum est ſm Bonauentura super. ij. senten. distincti. xliij. q. j. q̄ christiani sunt terrenis dominis obligati: et tenentur tyrannis subesse: si sint illorum domini: non tamen in omnibus: sed in his que fm rectam consuetudinē rationabiliter constituta sunt: sicut tributa et vectigalia ꝛ similia. Quod probat̄ duplici/ter: Prio auctoritate: ait Paul⁹ ad Ro. xiij. Ois aīa potestatib⁹ sub limioribus sub

dita sit ꝛ post. Reddite oīb⁹ debita: cui tributum/tributū : cui vectigal/vectigal Habek. Mar. xxij. Reddite q̄ sunt cesar̄ cesari: ꝛ que sūt dei deo: ait Paul⁹. Tim. vlti. Quicūq; sunt sub iugo seruitutꝫ dños suos dignos oīi honore arbitrant: ne nomē dñi: ꝛ doctrina blasphemet. Scdo p̄batur ratiōe nō est em̄ potestas nisi a deo sed q̄ a deo sunt: ordinata sunt: ḡ oīis potestas ordinata est/ordinatiōe diuia. Jta q̄ q̄ resistit potestati dei ordinatōi resistit: sed q̄ resistit ordinationi dei dānationē sibi acq̄rit: igitur. Alia ratio/seruire homini nō est culpa/nec malū imo meritoriū: ḡ videk q̄ ab illa seruitute non absoluank p̄ baptismū: ergo cū sint christiani erūt serui alior̄. Jta etiā si chr̄iani fiāt seruire tenētur. Et ad argumentū dicit: q̄ nō est simile de lege mosaica: ꝛ de ꝓstitutione humana: q̄ multū iuuat ad obseruationē legis diuie. Sequit ergo q̄ chr̄iani tenenk subesse tyrannis/nisi in illis q̄ sunt ꝓtra deū. Catherina em̄ noluit subesse tyrāno Maxentio: q̄ hoc p̄cipiebat q̄d erat ꝓtra deū: sed ꝓtra eum viriliꝫ disputauit: iuxta ꝓba assump. ꝛc. ¶ Jnuenio q̄ btā Catarina fuit in trib⁹ ꝛ strictis disputationib⁹: et in oīibus deus dedit sibi victoriā.

Prima fuit secreta ꝛ domestica.

Scda fuit copiosa ꝛ physica.

Tertia fuit terribilis ꝛ tyrannica.

¶ Dico primo ꝛc. Primo em̄ disputauit cū matre sua. Scdo cū quodā sctō eremita. Primo em̄ disputauit cuz matre p̄ mō. Nam btā Catarina habebat q̄tuor excellentias. Prima nobilitas: q̄ filia regꝫ cypri. Scda sapientia. Tertia pulchritudo. Quarta opulētia diuitiaꝫ ꝓpter q̄s fama el⁹ longe lateq̄ p̄crebuerat: adeo q̄ filius imp̄atoris romank voluit eā in vxorē ducere: ꝓpter q̄d misit ambasiatores ad matrē: q̄ pater iam obierat. Mater ḡ multū gauisa nūciauit hoc filie. q̄ rndit q̄ erat cōtenta: sed volebat p̄ius euz videre. Sed mak replicat dī. Quō vultis ire romā vl̄ q̄ ipse veniat ad vos ꝛc. Non esset licitū. Et btā Catarina dixit. Et nihil esset sapientia mea sicut fama dr: si ꝓtraherē matrimoniū cū quodā fatuo vel turpi ꝛc. Negociatores nolunt emere vel conducere: nisi p̄ius videant rem ꝛc. Dic ꝓtra hunc defectum ꝛ quō multi decipiunk: q̄ dicunt mlieres anteq̄ p̄bent ꝛc. ꝛ laudank ꝛc. et nihil est. Jdem ecōuerso de mlieribꝫ ergā viros. Et postea semp̄ sunt male ꝓtenti et solēt: vt plurimū talia matrimonia maluz exitum sortiri: sicut in simili dicit tex. in. c. Requisiuit. de sponsalib⁹. Nec pōt rescindi ꝓtract⁹ mr̄imonij/etiā si dolus det causam ꝓtractui: ꝓpter reuerentiā sacramenti q̄d est inseparabile. Extra de ꝓuer. cōiu. Et parte. ij. Et. c. Veniens. in fi. q̄ius secus sit in alijs ꝓtractib⁹: in q̄bus fit differētia. Vtrū dolus dederit cām̄ ꝓtractui/vel fit incidēs in cōtractu: vt in. c. Causam q̄. de emp. ꝛ vendi. Et. ff. de dolo. l. Et elegant Et melius facit extra. q̄d metus cā. Luz dilecti. Et de cōuer. cōiu. Dudū ꝛc. Tūc mater dixit. Et quō respondebimus: ꝛc. Dixit Catarina sicut placet vobis: q̄ nū q̄ ꝓsentirē. Mater vero anxia cogitauit: vt p̄ quendā sctm̄ eremitā ad mr̄imoniuz eam induceret. Eremita ergo inducebat eam ad hmōi mr̄imoniū ostendens bona q̄ sequerenk ꝛc. sed btā Catarina rndit: q̄ volebat euz p̄ius videre sicut dixerat matri ꝛc. Tunc sanct⁹ eremita a deo inspiratus cogitauit tractare aliud matrimoniū Nam tunc btā Catarina adhuc erat infidelis. Dixit ergo eremita. Filia ego fuio cuidā dño nobilissimo: sapientissimo: pulcherrimo: cui⁹ pulchritudinē sol ꝛ luna mirank ꝛc. velletis istū in sponsum: Respondit btā Cata. Prius vellem eum videre Tunc eremita: ḡ ista nocte dormiatꝫ sola in camera vestra: ꝛ rogetis matrē el⁹: scz virginē Mariā dicēdo ꝛc. Et ego ex alia pte rogabo ꝛc. Tunc btā Cata. tota phi locapta de Jesu/recessit ab eremita ꝛc. ꝛ fecit sicut dixit sibi eremita ꝛc. Dic ꝓtracte ꝛc. Tunc ego cum in medio lumine apparuit sibi/angelis et virginib⁹ associata ad quā visionem beata Cata. tota stupida facta est. Tū dixit ei virgo. Quare vocasti me. Quid vis: Tunc beata Catarina respondit: vt ostendatis mihi filiū vestrum: ꝛ virgo: placet mihi ꝛ eleuato mantello ostendit sibi Jesuz eratis. xiij. vel. xv annozum dicens. Ecce filius meus: vultꝫ eum: ꝛc. Tunc beata Catarina tota ignita amoze dei dr. O gloriosa domina: non sum eius sponsa: sed ancilla. Et virgo ad

filium. Et vos filii vultis eam? Respōdit nō: quia turpis est: ꝛ sic visio disparuit et ipsa remansit desolata de responso christi: cum reputarek pulcherrima feminarum mundi. Et de mane iuit ad eremitam narrans sibi omnia ꝛc. Tunc eremita dixit. Vere dixit: quia estis turpis. s. in anima: quia in corpore estꝫ pulcherrima ꝛc. Sciatis em̄ q anima est ad imaginem dei: sed ex peccato originali deturpatur in vtero matris. Tunc beata Catarina dixit. Et vnde ꝓcedit hoc petim̄ originale. Rñdit eremita. Sciatis q ꝑmi parētes nr̄i vltra naturalia habebant quoddā donū supernaturale qđ erat iustitia originalis ꝛc. Et declarauit sibi causam peccati originalis ꝛc. Tunc dixit brā Cata. O pater est ne aliq̄ medicina vt possim lauari ꝛc. Rñdit sic. baptismus ꝛc. Et sic ipsa reqrēte baptizata est: ꝛ dixit sibi q iterū eodem mō oraret de nocte sequēti ꝛc. Et sic̄r virgo sibi ꝛppa ruit: ꝛ qm̄ dixit ꝑgo filio. Vultis eā? Rñdit christꝰ. ita: qr modo est valde pulchra: tunc potuit sibi dicere. Tota pulchra es amica mea ꝛ macla nō est in te. Can. iiij. Tunc ꝑgo Maria tradidit annulū beate Catarine ꝛ desponsauit ea m̄ cum filio suo Magnum factū fuit: de nulla sancta tale legitur. Licet em̄ oēs sint sponse christi. tm̄ nō videndo christū nec cū annulo. Et ido poterat dicere chīs ō ea. Hāc amaui ꝛ exquisiui a iuēture mea. Et quesiui spōsaz mihi eā assumere. Et amator factus sum forme illius. Sap. viij. Ecce prima disputatio in qua habuit victoriam. ¶ Secunda disputatō fuit physica ꝛc. Dic historiā de imperatore Maxentio ꝛ quō disputauit cū ꝙnqgita rhetoribꝫ. Potes dicere disputatione de fide: sic habetur supra. Primo de incarnatiōe filij dei. Secūdo de passione. Tertio de trinitate. Quarto de eucharistia. Quinto de veneratione: que fit imaginib: ipsa reprehendente paganos q adorarent idola. Eo q etiā ipsi christiani adorāt imagines ꝛc. Tūc fuit verificatū verbum christi qđ dixit. Ego dabo vobis os ꝛ sapientiā: cui non poterūt resistere et cōtradicere omnes aduersarij vestri. Lu. xxj. ꝛc. Dic historie residuū. Et quomodo rhetores conuersi ad fidem fuerūt martyrizati ꝛc. Et fuerūt isti rhetores phi. Vnde de ea cantak. Falsa fide Catarina iudicem Maxentiū non formidat lex diuina sic fir. elo. q ꝑfu. ex doct. doctores gētiliū. Victi christū cōfitenk erroribus iudex iubet vt ere. nec pilis aut ves. ignis nocet: sed cor inustis corporib. vnde pōt conuenire beate Catarine: illō Hiere. xv. Si separaueris preciosum a vili: quasi os meum eris conuertenk ipsi ad te/ ꝛ tu nō conuerteris ad eos ꝛc. ¶ Tertia disputatio fuit fortior. s. tyrannica et terribilis. Vtidens imperator multoꝝ conuersionē ad fidem: cepit adulatorie dicere beate Catarine. Tu decepisti istos phos cum tua eloquentia ꝛ scientia/ ꝛ mereris mortem: sed si vis adorare idola remittā tibi mortez ꝛ eris vxor mea: ꝛ faciam tibi imaginez ꝛc. Videns ergo q nihil ꝓficeret: fecit sibi ḡe tuor argumēta terribilia. Dic hec. Primū fuit per locum ab dolore: qm̄ fuit nuda posita in ereculeo/ ꝛ cum scorpionb. ꝛc. Dicak ꝓractice. Sed ad istum articulum respondit sibi brā Catharina per patientiam di. Nō sunt condigne passiōes cui. temporis ad futuram gloriam ꝛc. Ro. viij. Scōm argumentum fuit p locum ab horrore: qm̄ fuit posita in carcere tenebroso ꝛ fetido et frigido: ꝛ q nō daretur sibi cibus ꝛ potus xij. diebus: vt ibi morerek fame. Sz respōdit q confidentiā. Et venerūt angeli ꝛc. Dic historiā. Et de conuersione regine et Porphirij cum. cc. militib. ꝛc. Et poterat dicere cū David. Dominꝰ regit me/ ꝛ nihil mihi deerit ꝛc. Tertiū argumentum fuit p locum a terrore: quando ipator credens q esset mortua ꝛc. ꝛ videns eam iocundam ꝛ sanaz ꝛc. voluit occidere custodes. Sed ipsa ꝓhibuit di. q nō custodes: sed christus. Dixit sibi ꝛc. Tunc imperator fecit fieri duas rotas ad terrorem etiaz aliorū christianoꝝ. Sed beata Catarina respondit sibi per cōstantiam di. Ecce em̄ dominus adiuuat me: ꝛ dominꝰ susceptor est anime mee. Quartum argumentum fuit per locum a timore: quia vt dicit philosophus. Oim terribiliū ꝛribilissimū est mors: vñ ipator iussit vt amputarek sibi caput. Sed respōdit sibi p ꝑseuerantiā ꝛc Dic eiꝰ mortē vsqz i finē ꝛc. Et possumꝰ, de ea dicere. Ecce accesserūt angeli ꝛ ministrabant ei, Deo gras. Amen.

In festo scti Alberti Carmelite

¶ In festo scti Alberti ordinis Carmelitarū. Ser. LXXXVIII

Sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Lu. xj. Pro fundamento sermonis qui est de sancto Alberto. de q̄ dicit in themate: q̄ deus sicut lucerna fulgoris eū illuminat p̄ suam gratiam: oritur theologica ¶ Querit, Utrum de⁹ (talis questio. omnes diligat generaliter. Arguit q̄ nō. Dilectio est ratio electiōis: ergo illos solū diligit deus quos ab eterno elegit: sed nō eligit oēs indifferēter: ergo nō diligit oēs generaliter. In oppositū habetur Sap̄. xj. Diligis omnia dñe/et nihil odisti eorū que fecisti. ergo deus oēs diligit generaliter. z sic questio manet. p vtraq̄ parte dubia. Ad questionem respondendū est ſm Bona. sup. iij. sen. dist. xxxij. q. ij. q̄ de⁹ nō dicit creaturā diligere rōne affectionis: z rōe cōcatiōis alicuj⁹ boni: ita q̄ dilectio dei poti⁹ dī ee dilectio effect⁹ q̄ affectus. Cōcatio autē diuine bonitatis attendit in duplici genere effectus: videlicet in effectibus nature: z effectibꝫ gratie. Effectus nature oibꝫ est cōis. Effectus ꝓo gr̄e non. Hinc est q̄ dilectio dei quantū ad effectū nature est oibꝫ cōis z generalis. z ſm hanc dicit diligere oēm creaturā: quantū ad effectū gratie est specialis: z quātū ad istum quosdā diligit/quosdaz odit. Et ex dictis habet solutio argumenti. Et ſm istū effectū gr̄e dilexit sctm̄ Albertū: iuxta verba ꝓassumpta: z sic de alijs. Pro declaratiōe verboꝝ z introductiōe materie p̄dicande notandū: q̄ quāuis q̄libet sctūs possꝫ dici lucerna dei. sicut de Joan. bapti. dī. ps̄. cxxxj. Paraui lucernā chr̄o meo. Et Joā. v. Ille erat lucerna ardens z lucens. Cū antonomasice z p̄ excellentiā lucerna fulgoris dī chr̄s ſm q̄ hō. sicut dī in sil̄ de hoie chr̄i: secus q̄ quāuis q̄libet sancti dicāt chr̄i. ps̄. Nolite tāgere chr̄istos meos. Cū antranomasice Jesus nazarenꝰ, dī chr̄ist⁹. ps̄. Dilexisti iusticiā z odisti iniq̄tatē. propterea vnxit te de⁹ z̄c. Probat hoc rōne z auctoritate. Ratio que dat scientiā sumit a sil̄itudine. Inuenit aūt quadruplex sil̄itudo: mystica siue allegorica: iter lucernā et chr̄istū. Haz in lucerna quattuor considerare possum⁹: que inueniunt in ea quādo lucet. Primo nāq̄ lucerna est testea. i. facta de terra. Scōo inuenit in ea lychn⁹ albus de bombice: qui dicit vulgariter elsto pin. Tertio est lumen. Quarto est oleum: quo mediante ignis accendit z lucet. Sic in chr̄isto sunt quattuor. Primo nāq̄ est testea. i. caro facta de terra: q̄ sumpta est de massa Ade ꝓtoplasti. Non quidē per seminalē rōnem: id est per virtutē actiuam: sed p̄ corpulentā substantiā: que q̄dē caro Ade est de tra formata. Gen̄. ij. Formauit igit deus hominē de limo terre: et per hec reprobat positio falsa Valētini hereticī: q̄ dixit corp⁹ chr̄isti esse de materia celesti: z spīsanctū attulisse illud in brāz virginem z̄c Innitēs illi auctoritati apl̄i. Prim⁹ homo de terra terren⁹: scōs hō de celo celestis. j. Cor. xv. Cui etiā erroi applaudūt pictores z̄c. non tū ex ptinatia sed ex ignorātia: z ideo p̄ hoc nō sunt hereticī: q̄ ptinacia facit hereticum. xxiij. q. j. Dixit apl's. Sz hec positio falsa est reprobata p̄ auctoritatē sancte matris eccl̄ie. et etiā scripture dicētis in p̄sona chr̄i. Sum z ego mortalis homo: sil̄is hominib⁹: z ex genere terreni illius qui prior factus est. Sap̄. vij. Nec obstat auctoritas apl̄i in Zrīū allegata: q̄ chr̄ist⁹ dicit hō celestꝫ: nō quantū ad naturā assumptā: sed quantuz ad naturā assumentē: vel quantū ad ꝓtutem formatiuā corpis/que fuit virtus spiritussancti: ſm q̄ declarat Tho. qte. iij. q. xxxj. ar. j. Scōo in chr̄o est lychnus albus bombicinus: z significat aiam que fuit z est alba. i. pura z munda ab omni nigredine z cōtagio pcti tam originalis q̄ actualis: iuxta illud Heb. vij. Talis decebat vt esset nobis pontifex sctūs innocēs/impollut⁹ segregat⁹ a pcōrib⁹ z excelsior celis factus. Nota: sctūs. i. oi gr̄a plen⁹. Innocens: quātū ad maculam actualis pcti: iuxta illud. ij. Pe. ij. Qui pcm̄ nō fecit: nec inuent⁹ est dol⁹ in ore eius. Impollut⁹ a macula originalis pcti: segregat⁹ a pcō. i. a massa peccatrice Ade. Et excelsior celis id est angelis fact⁹. Tertio in chr̄o ē lumē id est ꝓbū dei: qō dī splendor gl̄ie z figura substantie p̄is. Heb. j. Joan. j. Erat lux vera. Jté Joan. viij. Ego sum lux mūdi.

Quarto fuit oleū.i.gra spūssancti que quā/uis sit vna in essentia:tū triplex est in effectu:z ideo tripliciter vocat. Vocat em gra singularis psone que fuit incōparabilr ple/nitudo. Joan.j. Plenū gratia z veritate. Per hanc em replet⁹ fuit omi gra z virtu/te preter fidem z spem. Scdo vocat gra capitis:per quā est caput totius ecclesie. Ephe.j. Ipsum dedit caput sup omnē ec/clesiam q est corpus ipsi⁹. Et sicut a capi/te influunt in membra sensus z mot⁹ zc.sic a chro in nos:qz de plenitudine eius oēs accepim⁹. Tertio dicit gra vnionis:qua fuit vnita humanitas diuinitati:iuxta illud Joā.x. Ego z pater vnū sum⁹. Et ideo notak q oleū q qō fuit vnctus ipse z nos. ps. Propkea vnxit te de⁹ ds tuus oleo letitie pre ꝓsortib⁹ tuis.i.angelis z sanctis.pā xlviij. Et heb.j. Patet ergo ratio similitudinaria ꝓpter quā christus dicit lucerna. Auctoritas habek Luc.xv. In parabola illa quā dom⁹ ponit de muliere dicens. Que mulier habēs dragmas decem si p/diderit dragmā vnā:nonne accendit lucernam z everrit domū z querit diligēter donec inueniat zc. Declara sicut scripsi post festū tri.dñica.xxiij.sermo.ij.pre.ij. Ista ē lucerna fulgoris.i.chris illūinauit z contiꝫnue illuminat nos mirabiliter z mltiplici/ter. Joā.j. Erat lux vera zc. Et Joā.viij. Ego sum lux mūdi. Sancti aūt qui sunt serui christi:ita ꝓceperunt z ꝓcipiūt lumē christi.vt etiā alios suis exemplis illumi/nent.propter qō non solum dicuntur illu/minati:sed etiam lux Ephe.v. Eratis ali/quando tenebre:nūc autem lux in dom⁹/no. Et Matth.v. Vos estis lux mundi, non tamen dicuntur lucerna fulgoris ano/nomastice:quia solus christus dicit hoc modo lucerna:vt dictū est. Sz illuminando nos ad instar christi dicuntur nos illuminare:sicut lucerna:id est similes lucerne non equales:sed similes. Cū ergo beatus Albert⁹ fuerit magn⁹ seruus christi z homines multipliciter illuminauerit:ideo de eo dicit thema. Sicut lucerna fulgoriz zc. Patet thema. Pro introductione. Et pro ꝓsecutione vero z complemēto sermonis notandū q beat⁹ Albertus quattuor singulares radios emisit ad illuminādū nos ad instar christi,propter quod dicitur. Sicut lucerna zc.

Prim⁹ radi⁹ est ꝓfecte obedientie
Scds pure sapientie
Tert⁹ pfunde humilitatis
Quart⁹ ꝓximalis charitatis.

¶ In festo sancti Antonij de Padua. Ser.LXXXIX.

Inuocauit me spiritus sapiētie. Sap. vij. Pro fundamento sermonis:

oritur theologicalis questio.

¶ Querit. Utrum sanct⁹ Anton⁹ scientiam z sapientiā de rebus humanis z diuinis simul habuerit. Arguitur q nō. ait phs:scientie secank vt res. hoc est dividūk sm diuersitatē subiectoꝝ:isz res diuie z humane create/z increate:sūma diuersitate differūt.igit.nulla sciētia/nulla sapientia/ simul pōt esse ō vtriscz. seqk. In oppositū sanct⁹ Anton⁹ habuit sapiētiā:sed sapientia est rerū humanaꝝ diuinarūqz scientia. Ergo sanctus Antonius scientiam et sapientiam de rebus humanis et diuinis simul habuit.z sic questio manet pro vtraqz pte dubia. Ad questionē respondēdū est sm Bonauen.super.iij.senten.disti.xxiv. in primo dubio ad litteram:q sapiēria capitur dupliciter. Uno modo capitur pro/prie:z sic sapientia dicitur cognitio causarum altissimaꝝ. Alio modo capitur cōmuniter:z sic cōprehenditur z includit cognitionem omniuz:z hoc modo dicit phs:q sapiens de qualibet re sicut ē inquirit cognoscere rationem:et hoc modo sapientia includit in se duas scientias z non solum illas que sunt de creaturis:verumetiaz illas que sunt de creatore:et creaturis. Et quoniam nomine hominis potest intelligi omnis creatura cum ipe cum omnibus cōmunicet:hinc est q diffiniens sapientiā dicit ipsam scientiā esse rerum diuinarum z humanarū:id est ceterarum rerum creatarum.in quibus manifestatur summa sapientia dei. Et per hoc soluitur argumētū z concluditur.q sanct⁹ Antonius habuit simul sapientiā z sciētiā:de reb⁹ hūanis z diuinis. Juxta ꝓba ꝓassumpta. z sic de alijs. Pro introductōe assumo mihi auctō

In festo scti Antonii de padua

ritatē Jaco.j. Si quis vestrū indiget sapientia postulet illā a deo/ qui dat oībus affluenter: z nō improperat z dabit ei. Vel p introductione dic/ q3 ꝯdruplex est sapiētia. Vide in sermone beate Margarete. Pro cui⁹ intellectu notandū/ q3 sicut magistra rerū experientia docet: quādo quis vult aliquid habere recurrit ad illum qui habet: nō autē ad eum qui non habet: da nemo dat qō non habet. Non em̄ colligūt de spinis vuas/ aut ō tribulis fic⁹, Mat. vij. Cum aūt aliquis pōt habere aliquid boni petendo a donatore: si nō petat negligentie reus est. Modo ad ꝓpositum. Vera sapientia a deo est: iuxta illud. Omnis sapientia a dño deo est. z cuz illo fuit sp: z est ante eū. Eccl. j. ergo ab eo petenda. alioquin negligentia imputat. Et ideo dicit Jacob⁹ in auctoritate allegata. Si q̄s vestrū zc. Hoc ergo intelligens btūs Antonius omnē. l. sapientiā esse a deo/ tanq3 a fonte infinite sapientie: q3 magnus dñs z magna virtus eius/ z sapientie eius nō est numer⁹: cupiens esse sapiens postulauit illam a deo: z ideo obtinuit illā. Jōb dicit ipse in themate. Jnuocaui zc. Nota dum dicit, Venit in me spiritus sapientie Jste spiritus est spiritus sanctus/ qui est fons habens q̄nq3 riuulos: sicut sunt q̄n/ q3 sapiētie/ siue q̄nq3 differētie sapientiaꝝ. Vide in sermo. de beato Thoma de aquino: z psequere illas sicut ibi habet. Et adapta eas ad beatū Antoniū/ sicut infra dicetur. ¶ Primā sapientiā apostolicā que consistit in voluntaria paupertate habuit btūs Anto. Nota primo quō fuit oriundus de ciuitate Vlixbona ō regno portugallie: z vocabat primo Fernandus. Et volēs paup esse voluntari⁹: ingressus est ordinem canonicoꝝ regularū bti Augu. Volens aūt in altiori viuere paupertate ingressus est ordinē minoꝝ hoc modo. Cū em̄ tpe suo aliqui frēs minores cēnt martyrio coronati: ipse tanq3 elephas eoꝝ sanguie accensus desiderabat illū ingredi: vt posset sanguinē etiā suuz p christi nomine effundere. Cum g̃ esset in quodā monasterio sctē crucis de Colimbria: venerūt quidā fratres minores/ sicut soliti erant p elemosyna postulando ad illud monasteriū. vñ cū illis habito colloquio btūs Anto. deliberauit habitū illuz assumere: z sic habita ꝯuis cum difficultate licētia ab abbate assumpsit habitū ordinis. b. Francisci. Quidā aut̄ canonic⁹ regularz illi⁹ monasterij sibi valde indignans. Vade inq3: da forsitan sanct⁹ eris. Cui humiliter rñdens Anton⁹ ait. Cum me sctm̄ audieris deū vtiq3 collaudabis zc. ¶ Scām sapientiā angelicā/ que ꝓfitit in virginali puritate habuit zc. Cōseruauit em̄ se immunditia virginali/ sicut dicit in scda lectione eiusdem. Et quia abstinētia est amica virginitatis: quia Sine cerere z baccho friget venus. ideo vixit cum magna abstinentia. in pane z aqua: adeo vt interdū vix se posset sustentare pre nimia debilitate: vt dicit in sexta lectione. ¶ Tertiam sapientiam phicam/ que consistit in diuinali charitate habuit beat⁹ Antonius: quia deum ferentissime diligebat: sepius in diuina cōtemplatione ipsum deū feruentissime desiderans. Adeo etiā feruens fuit. vt martyrium p fide ardenter appeteret vt dictū est: vnde ad saracenos trānit⁹ p martyrio suscipiendo. nisi dñs sua puidētia hoc impediuisset reseruans ipsuz ad opa primis fructuosiora: sicut habet in. v. lect. Nota etiam quādo sine preuisione p̄dicauit cuz immenso feruore zc. postmoduz vero semp mirabili feruore p̄dicauit zc. ¶ Quartā sapientiā theologicā: que cōsistit in integra li credulitate habuit etiā btūs Anton⁹. Nota q3 duplex est sapientia theologica. Una que habet per rationes naturales: z hec dicit Methaphysica. Altera que habetur per reuelationes diuinales: z hec dicitur fides: in qua maxime ꝓfecit beat⁹ Anton⁹. Jn cuius signū magnis claruit miraculis que sunt argumenta magne fidei: quia fides pfecta est causa miraculoꝝ iuxta illud. Mat. xvij. Si habueritz fidē sicut granum sinapis dicetis monti huic: transi hinc z transibit/ z nihil impossibile erit vobis. Dic aliqua miracula eius. Jnter que dic illud/ quādo diabolus in principio quadragesime ipsum voluit suffocare: sed inuocato nomine ihesu glorioso euanuit zc. ¶ Quintam sapientiā beroicam. l. diuina que consistit in supernali claritate habuit beatus Anton⁹. Dic eius mortem preciosam zc.

¶In festo sancti Placidi martyris. Sermo.xc.

bet merituz: vbi humana ratio phibet ex
perimentũ. Ad hoc ergo: vt fides locũ ha
beat voluit occultare ꝛc. Tantũ g̃ sacra
mẽtũ veneremur cernui: z antiquu docu
mentũ nouo cedat ritui: ꝓfert fides sup
plementũ sensuum defectui. Jdeo debe
mus nos humiliare dicendo. Domine cui
us sensus mei hoc nõ percipiant/tamen
credo ꝛc. Joannis. xx. Beati qui non vi
derunt z crediderunt. ¶ Quintũ mirabi
le est receptio visualis: q̃ res mirabilis est:
quia panis angelicus fit panis hominuz:
dat panis celicus figuris terminũ. O res
mirabilis manducat dominum pauper
uus z humilis ꝛc.

¶ In festo sancti Juliani cõfes/ soris. Sermo. xciij.

Hec educit il:
lum a delicto suo. Sap. x. Hec
sapientia diuina: ẽm sensuz ꝓ
prium z litterale: sed ad ꝓpositum nostruz
intelligo. Hec scz penitentia eduxit illuz:
scz sanctũ Julianũ. A delicto suo: qõ cõ
misit occidendo parentes. Saluteꝫ virgo
Maria ꝛc. Pro declaratiõe ergo themati
tis: z introductione histoꝛie ꝑdicande: no
tandũ q̃ fit questio theologicalis.
¶ Queritur vtrũ quodlibet peccatũ sit p

penitentiam remissibile: Vbi pro complemento materie nota tres conclusiones fm mentem Thome. parte. iij. q. lxxxvj. ar. j.

Prima cōclusio erit affirmativa ex parte obiecti.

Secunda conclusio erit negativa ex parte subiecti

Tertia conclusio erit etiam negativa ex parte adiecti.

¶ Prima ergo conclusio erit affirmativa: ex parte obiecti penitentie qō est peccatum: qō respicit actus penitentie: quia peccator dolet de peccato. Conclusio est ergo ista. Qō ex parte peccati omne peccatum est per penitentiam remissibile: et hoc duplici ratione. Primo ratione diuine misericordie que est infinita: iuxta illud Joelis. ij. Cōuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus z miserator est: patiens z multe misericordie et prestabilis super malitia. Item alibi. Derelinquat impius viam suam: z vir iniquus. et re. ad do. z mi. e. z ad de. n. q. mul. est ad ignoscendum. Esa. lv. Item. pſ. Misericordie eius super omnia opera eius. Nota. Super omnia opera eius. pſ. Opera manuum eius/veritas z iudicium. Licet iustitia dei sit infinita, sic et potentia: bonitas et sapiētia: z quicquid est in deo: sit infinitum: eo q quicquid est in deo/est ipse deus: quia non est compositio in eo subiecti z accidentis: nec potentie z actus: nec esse z essentie: nec aliqua alia compositio. Nihilominus tamē quantum ad effectum magis ostendit deus misericordiam suam in hoc mundo qz potentiam: nec iustitiam nec aliquid aliud. Quod patet: cum quotidie tot infinita peccata cōmittantur i iniuriam diuine maiestatis: tamen sustinet peccatores z puidet eis ō necessarijs. pſ. Deus iudex iustus fortis z patiens/numquid irascetur per singulos dies. Sic ergo cum misericordia dei sit infinita: non limitatur nec terminatur a remissiōe peccatorū. pſ Nūquid obliuiscetur misereri deus aut continebit in ira sua misericordias suas. quasi dicens non. Secunda ratio est propter meritum passionis christi/per quam penitentia et omnia sacramenta operantur effectus suos. Cuius passionis virtus est sufficientissima pro omnibus peccatis. j. Joa. ij. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autē tantū: sed etiā pro totius mūdi. Nec obstat q dicit de peccato in spiritūsanctū: qō non remittitur/neqz in hoc seculo/neqz i futuro: sicut dicitur Mat. xij. quia respondet: vt infra: in tertia parte sermonis. Nota. Totius mūdi. Quinimo etiā si essent mille mūdi sufficeret virtus passionis christi ad remissionem omnium peccatorū: quia quasi infinita est virtus illa: vtpote pcedens a christo que fuit infinita/respectu psone diuine zc.

¶ Secūda conclusio est negativa ex pte subiecti: que est ista q ratiōe subiecti qñqz nullum peccatū est remissibile: quia subiectum est incapax penitentie. z hoc est in demonibus z hominib⁹ damnatis/qui sunt incapaces gratie et consequenter penitentie: duplici ratiōe. Prima propter defectū voluntatis eorum que nō est disposita ad gratiam recipiendā: sed obstinata in malum. vnde nec volunt nec possunt benefacere: z ꝓsequēter nec penitere. Licet enim displiceat eis culpa cōmissa/et doleant de ea: non tamē dolent de ea inquantū est offensa dei: sed inquātum est afflictiua ipsorum z patiunt penam propter ipsam. Et sic de pena potius dolent qz de culpa. quinimo in culpa semper fixi remanēt. Vnde Sap̄. v. Videntes turbabunt timore horribili mirabunt in subitatiōe insperate salutis: gementes pre angustia spiritus: penitentiā agentes zc. Secūda ratio est: ꝓpter iustitiam diuine voluntatis/que nō vult eis gratiā conferre. Nec decet magnificentissima iustitiam suā gratiā inuito ꝓferre. Vnde et leges quarum conditores per ipsam dei sapientiā iusta decernunt: sicut dicitur Prouerb. viij. hoc imitantes dicunt: q inuito beneficiū non datur. Cum ergo demones z damnati nolunt gratiaz dei: nec disponere se ad illam. ergo zc. Vñ nota q si demōes et damnati veniā a deo humiliter postularēt: pfecto misericordiam cōsequerent: quia nō obliuiscet misereri deꝰ nec cōtinebit in ira sua misericordias suas. pſ. Et ideo eterna erit peccatorū damnatio. Nec tenenda est heresis Origenis dicentis. Omnē hominē esse saluandū: p illud. Nihil odisti eoz que fecisti. Itē dixit christum iterū passurum in aere pro diabolis

ſaluādis: ſic̄ refert Glo. xxiiij. q. ij. in fine, propter qđ Origenes poſt mortē eſt ab eccleſia anamathematizatus vt hereticus: vt ibidem dicit in textu. Unde damnati habent voluntatem ſic fixam z obſtinatā q non poſſunt velle bñ facere. Vñ Mat. xxij. Ligatz mānibus z pedibus mittite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletus z ſtridor dentium. Per manus intelliguntur operationes: per pedes affectus z volūtates: que ſunt adeo ligate/q nec volūt nec pñt benefacere rationibus ſupradictis. Et ideo damnati etiā pro peccatz venialibus eternaliter puniuntur: ſm Tho. in. iiij. ſenten. zc. ¶ Tertia cōcluſio eſt negatiua ex parte adiecti. i. ex defectu alicuius circūſtantie ſeu conditiōis ad veram penitentiam req̄ſite. Et eſt iſta. Quod ex defectu alicuius circūſtantie in penitentiam acquiſite: peccatū aliquod eſt irremiſſibile. Req̄ritur autem triplex circūſtātia in penitentia. Prima q dolor ſit voluntarius de peccato. Qui autem nō vult dolere de peccato/non eſt vere penitēs. Et ideo tunc peccatum cōmiſſum efficitur irremiſſibile: et hoc eſt peccatum in ſpiritūſanctum: de q̄ dominus dicit in euāgelio. Qui dixerit cōtra ſpiritūſanctū non remittet ei/neq; in hoc ſeculo/neq; in futuro. Matth. xij. Quod Aug. intelligit de finali impenitentia. Nota de illo qui habens concubinā/confitebatur cuidam fratri noſtro/qui ſuadebat ei vt relinqueret eam: qui noluit. Et cū frater diceret ei. Tu ibis ad infernuz: Reſpōdit. ego volo ire ad infernū. Iſta p̄te fuit finalis impenitentia: z ſic mortuus eſt: vt audiui ab eodem fratre. Nota hic de illis qui in fine vite deſponſant concubinā zc. Tales ſi habent intentionē bonam ſalvantur. Si autē ideo deſpōſant/quia credunt mori: ſi autem crederent ſe victuros nō deſponſarent: ſed in cūcubinatu eas detinerēt/ damnant. Et nota hic/q hec finalis impenitētia eſt illud quartū ſcelus qđ non remittit a deo propter qđ ſolum anima damnat. de pe. diſt. j. Sup tribus. Vide in ſermo. quadrageſimalibus: de quarto ex receptaculis animaz in primo articlo de inferno. ſermo. iiij. parte. vij. Secunda circūſtantia penitētie eſt q peccator dole/at de peccato inquantū eſt offenſa dei: alias nō ē ꝑa pnia. ſicut dolet latro q̄n ducit ad furcas ō culpa: ſz nō inq̄tū eſt dei offenſa. q; parat⁹ eſſet als craſſari in latrocinio ſi adeſſet ſibi peccādi copia. ſed dolet de peccato ꝓpt penaz. Jō dz. j. Pe. iij. Nemo aūt vīm patiat quaſi homicida/aut fur/aut maledic⁹/aut alienoz appetitor. Si aūt vt chr̄ianus erubeſcat zc. Iſto mō penituit Eſau de venditiōe primogenite: z ideo nō vere penituit. Ō pater ex eo q̄ dixit. Venient dies luctus p̄is mei et occidaz Jacob fratrē. Geñ. xxvij. Propter q vt dicit apl's Heb. xij. Eſau nō inuenit locū penitentie q̄uis cū lachrymis inq̄ſiſſet eaz. Sic etiā penituit Antioch⁹. de quo dicitur. ij. Macha. ix. Orabat h̄ ſceleſt⁹ dñm a quo nō eſſz miſericordiā cōſecuturus. dolebat eū de culpa preterita nō ꝓpter offenſam dei: ſed ꝓpter infirmitatē quā paticbatur. Tertia cirūſtantia requirit in pnia q dolor ille ſit cum ſpe venie alias non eſſet vera: ſed deſperata pnia: z ſō nō remiſſiua peti. talis fuit pnia Cain: q̄ ait. Maior eſt iniq̄tas mea q̄ vt veniā meream. Geñ. iiij. Dic practice hiſtoriā. Talis ēt pnia Jude p̄ditoris q̄ doluit de pctō dicēs. Peccaui tradens ſanguinē iuſtū: ſed nō cū ſpe venie: q; laqo ſe ſuſpēdit. Patet ergo triplex concluſio. Brūs autez Julianus licet peccauerit grauiter occidendo parentes: non ta q̄ parricida q̄a ignorans fecit: penituit tñ vere q; habuit omnes tres circūſtātias p̄dictas: q; doluit volūtarie de pctō etiam q̄tum fuit offenſa dei z cuz ſpe venie. Et ſō cōſecut⁹ eſt per pniaz verā remiſſionez peti ſui. et hoc eſt quod dicit thema. Hec eduxit: q̄uis etiā de iure ciuili licitum ſit marito occidere vxorē in flagranti adultrio ō̄henſam cū turpi p̄ſona. C. de adulteriis. l. Graccus zc. Modo videamus hiſtoriā. Dic legēdā zc. Deo gras. Amē.

¶ Item alius ſermo fieri poteſt: cui⁹ thema ſm eam dominicā que currit in feſto ſancti Juliani: ſic propone. Multi venient ab oriente et occidente. et recumbent cum Abraam/Iſaac et Jacob in regno celorum: et proſequere ſermonem ſicut ſupra in feſto Epiphanie ſer. qui ab oriente zc.

¶ Incipit ſermo de laude ſci

entiarum: sed presertim theologie.xciii.

GRatias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis: quia divites facti estis in illo i omi scientia.j.Cor.j. Nota facti estis scz spe.quia ex quo studium inceptum est in hac civitate Cathanie. Jam in spe estis acquirendi omnē scientiaz. Ad quam acquirendam vt vestri animi accēdantur. aliqua dicemus in presenti sermone ad laudem scientiarū ad finem glorificādi illum qui est fons et origo omnis scientie zsapientie: qui deus est: iuxta illud Eccī.j. Fons sapientie verbuz dei in excelsis. Et.j.Reg.ij. Deus scientiarum dominus est. Et non solum ipse deus est auctor omnis scientie. sed etiam ipse idem instructor. Primum probatur in primis duabus auctoritatibus. Secundum i aliis tribus. Et ipse etiā est principalis auctor scientie nostre: iuxta illud.ps. Qui docet hominem scientiam. Propter quod sapiens referens gratias deo dicit Ipse ei dedit mihi horum que sunt scientiam veram vt sciam dispositionem orbis terrarum et virtutes elementorum zc. Sap. vij. De philosophis dicit apostol⁹. Rom. j. Quod notum est dei manifestum est illis. deus enī illis revelavit. Igitur ad laudem sui aliqua dicemus de laude scientie. Sed primo saluletur virgo zc Pro fundamento sermonis qui est de scientia: oritur theologicalis questio.

¶ Queritur Utrum actus precipuꝰ donī scientie consistat in actione vel in consideratione. Arguitur q consistit in cōsideratione. sicut cognitio divinitatis in christo spectat ad sapientiā. Cognitio vero humanitatis in eodem spectat ad scientiam: sed cognitio humanitatis christi nō est cognitio operativa: sed potius contemplativa: si ergo hoc est donuz scientie videtur: q est in consideratione. ¶ In oppositum. fides sine operibus mortua est: ergo pari ratione ad scientiam: sed ipsa scientia que est donum spiritussancti non est mortua: sed gratuita. ergo videtur quod actus eiꝰ proprius cōsistat circa agenda. Et sic questio manet pro vtraq parte dubia. ¶ Ad questionem respondendum est sm Bonauen. super.iij.sententiarum distin.xxxv.q.ij. q scientie quadruplex ē differētia. Quedaz est que consistit in intellectu pure speculativo. z hec est fundata supra principia rationis. et hec est scientia acquisita de qua cunqz creatura sicut scientia humane philosophie. Quedam autem est que consistit in intellectu inclinato ab affectu: zhec est fundata supra principia fidei: que quidem sunt articuli. et nihilominus acquisita: et hec est scientia sacre scripture: quam nullus habere potest nisi saltem habeat fidem informē. Quedam autem est que cōsistit in intellectu siue ratione in quantuz inclinat affectum ad operationem. et fundata ē supra principia iuris naturalis: que ordinātur ad rectitudinem et honestatez vite, z huiusmodi est scientia virtutis prudentie. Quedam est autem scientia que cōsistit in intellectu secundum est q inclinatus: z inclinans. Inclinatus inqz a fide. et inclinās ad bonam operationem. z hec fundatur supra principia fidei. et habet ortum a dono gratie. et talis est scientia que est donum spiritussancti. Et ex hoc patet quid sit actus proprius huius doni. est ei actus eius dirigere ad agenda sm preexigentiam regule ipsius fidei cuius est dirigere ad opera misericordie. vt non tātum bona pro bonis reddat secundum q dictat lex gratie ad exemplar ipsius Jesu christi in quo fuit gratie abundantia. Et ido ad ipsam scientiam non solummodo pertinet dirigere in agendis: sed etiam exconsequēti pertinet nosse ea que sunt fidei tanquaz fundamentum sue directionis. Et ulterius nosse humanitatem christi tanquam exemplar sui regiminis. Ita q hic triplex actus conveniat ei secundum triplicem respectum, vnius videlicet respectu obiecti motiui. alter vero respectu sui fundamenti. Et tertius est exemplaraz excitativi. Et quia principalis actus accipitur ex parte obiecti inest q precipuus actus doni scientie est dirigere circa actionem: secūdum q dicit August. et ostendūt rationes ad hoc inducte. et ideo sunt concedende. Et ad argumētum dicitur. q non est hic actus ipsius scie principalis. sed q ad principalē habz

ordinari sicut cognitio exempli: vtilis est ad euidentiorē rei que scōm exēplar illud debet fieri: sequit̄ q̄ actus doni sciētie est dirigere circa actionem de qua fit sermo. Iurta verba preassumpta: ꝛ sic de alijs

¶ Pro declaratione themat̄/ꝛ introductione materie assumo illud verbum thematis: Diuites facti estis. Ex quo nota/q̄ apostolus vocat scientias diuitias. Et verum dicit. Nam pfecto scientie vere diuitie sunt. Non autē consistunt diuitie in auro et argento: ꝛ lapidib⁹ pretiosis sicut vulgaris opinio hominū veneno cupiditatis infecta mentit̄. Nota hic q̄ totus hic sermo diuitur in tres partes: quia primo loquitur de scientia in generali/vt complendit sapientiā et oēs virtutes. Nam vt Socrates dicebat virtutes esse sciētias/vt refert philosoph⁹ in. vij. Ethicor. ꝛ oīa peccata ignorātias. Quod dictum aliqualit̄ verum est/vt declarat. Tho. j. ij. q. lxxvj. arti. ij. Et puerbium cōmune dicens: quod oīs peccator ignorans approbatur q̄ id quod dicit Prouer. xiij. Errant qui operant malum. Secundo modo loquitur de scientia in speciali/adaptando ipsas ad beatitudinē humanā vsq̄ ibi. Et predictis autē infertur. Tertio loquit̄ specialissime de scientia theologica/que est excellentior oīmbus aliis, vsq̄ in finem. Et de qualiber parte pōt fieri vnus sermo. In primo sermone accipitur scientia large/in secundo stricte/in tertio strictissime. Triplex autē ratio ad propositum adduci potest.

Prima q̄ scientia satiat vberius.
Scōa quia possidet securius.
Tertia quia pficit felicius.

¶ Prima ratio ꝛc. Aurum nāq̄ ꝛ argentum ꝛ huiusmodi nunq̄ homines satiant nec quidē possunt. Nam vt ait Boe. in. ij de ꝓsolatione. Si q̄ntas rapidis flatibus incitus. Pontus versat barenas. Aut q̄ stelliferis edita noctibus. Celo sidera fulgent. Tantas fundit opes: nec retrahat manū. Pleno copia cornu. Hūanuz miserias haud ideo genus Cessat flere q̄relas. Et q̄uis Boetius hoc tactisset: satis tamen superq̄ hoc experimento docemur. Nam miseri homines cōtinue circūeunt mare ꝛ aridam q̄ multa pericula animarum ꝛ corpor⁹: vt aurū acquirant/ꝛ tamē nūq̄ satiant: sed semp cumulare conantur acerruum. Baruch. iij. Qui argentū thesaurizant/ꝛ aurum in quo ꝓfidunt homines ꝛ nō est finis acq̄sitionis eor⁹. Et hoc ergo ꝓpter q̄ in auro ꝛ argento nō ꝓsistunt vere diuitie: ex quo nunq̄ satiant mentem: ānimo semp angustiant ꝛ lacerāt: ꝓpter q̄ saluator appellat eas spinas. Luce. viij. Ar scientia satiat aiam ꝛ dulcissime refect. Nā vt ait Lactanti⁹ in. j. Nullus anime suauior cibus est/q̄ cognitio veritat̄. Et ratio differentie est: quia auruz ꝛ argentum nō intrant in animā: sed scientia sic. Nota similitudinē de famelico/qui esset in mensa plena ferculis ꝛ nō comederet: ꝛ sitiret ꝛ nō biberet. Sicut de Tantalo gigante posito in inferno fingūt poete ꝛc. Dic fabulam comedens vero satiaret. Sic in ꝓposito. Aurum ꝛ argentuz non intrant in animā hois: bene intrant ꝛ replēt capsam ꝛ bursam. Et ideo posset potius dici bursa diues/q̄ homo si aurum ꝛ argentū diuitie essent. Cum em̄ appetitus diuitiarū sit in anima/ꝛ auꝛ ꝛ argentū non intrant in animā: ideo non auferunt appetitum. Quinimo vt dicit Iuuenalis. Crescit amor nūmi q̄tum ipsa pecunia crescit. Et Eccēs. v. Auarus non implebit pecuniā Sed sciēcia secus: quia residet subiective in potentia anime q̄ dicit intellectus. Iō Aug. in. viij. ō ciui. dei. Aliud inquit sunt diuitie/aliud pecunie. Nam dicimus diuites sapientes/iustos bonos/quibus pecunia vel parua vel nulla est. Magis em̄ sunt virtutib⁹ diuites/ꝓ quas eis etiaz in ipsis corꝓoralibuz rerum necessitatib⁹ satis est quod adest/pauper vero auaros semp indigentes ꝛ egentes ꝛc. ¶ Scōa rō est: quia scientia possidetur securi⁹. Nam aurum ꝛ argentū/ꝛ hmōi terrena/postq̄ cū maximis laborib⁹ periculis et angustijs acquisita sunt: cuz magno timore possidētur. Nam faciliter amitti possunt/ꝛ sepi⁹ amittunt furto/vel rapina aut alia quauis causa: que multiplex esse potest. ꝓpter q̄ saluator in euangelio nos admoneꝛ dicēs. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo ꝛ tinea demolit̄: ꝛ vbi fures effodiunt ꝛ furātur. Matt. vj. Sic ergo hmōi false diuitie ex quo possūt/tot

cassibus deperire cum magno timore possident. Scientie autē non sic: quia etiam cum nudo homine remanēt z sunt accidētia: ita annexa subiecto q̄ non possunt abscīdi quādiu durat vllatenus separari. Hoc probatur exemplo illius phi/qui cum oīa exteriora bona pdidisset/z nud⁹ a patria pfugisset interrogat⁹ a quibusdā ait. Nil pdidi sed oīa mea mecū habeo/intelligēs de scientia que inseparabiliter sibi adhere bat. Unde Boeti⁹ de scientijs loquens: ait in primo car. primi libri. Ecce mihi lacere dictāt scribenda camene. i. scientie sue muse. Et veris elegi fletibus ora rigant. Has saltem null⁹ potuit pmincere terror. Ne nostrum comites psequerentur iter. Quinimo post mortem etiam remanent scientie in intellectu: sicut de Augustino Thoma z alijs beatis: z etiā in damnatis. Cum em̄ cognitio particulariū cōtingentium post vitā istam remaneat iuxta Lu. xvj. Fili recordare: quia recepisti bona in vita tua. Et Lazarus similiter mala. multo magis remanet scientia/que est cognitio vniuersaliū z necessariorum/z psequenter firmior est q̄ cognitio particulariū: q̄uis non remaneat idem mod⁹ intelligendi q̄ fantasmata. qz quantū ad hunc modū intelligendi dicit sciētia nō remanere post vitam qm̄ quē modum loquit apostol⁹. j. Cor. xiij. di. Sive scientia destruet. ¶ Tertia ratio est. quia scientia pficit felicius seu exaltat sublimi⁹. Nulla em̄ quātitas quantūlibet maxima auri z argenti/z hmōi terrenor⁹ potest beatū facere possidentē. Nā nō solum beatitudinē eternā conferre nō potest: sed nec virtutē aliquā: p̄pter q̄ dicitur. Prouerb. xvij. Quid pdest stulto habere diuitias/cuz sapientiā emere nō possit: Quinimo pori⁹ miserum faciunt possessorem. Et psequenter valde obstant diuitie ad virtutes acquirēdas. Propterea optimo consilio fretus est ciuis ille thebanus de quo Hieron⁹. z habet in decret. xij. q. ij. Crates ille thebanus hō quondā ditissimus/cum ad philosophandū athenas pgeret magnū auri pondus abiecit: nec putauit se posse z virtutes simul/z diuitias possidere zc. Propter dicit. Aug⁹ v. de ciuitate dei. c. xix. Felices inquit nos vel filios vestros/nō diuitie terrene faciunt. Aut nobis viuentib⁹ amittende/aut nobis mortuis aliquib⁹ nescimus vel forte a quibus nolumus possidende. Nota. A quibus nescimus. Declara zc. Propterea dicit. Ps. Thesaurizat z ignorat: cui congregabit ea. Et Eccls. ij. Deprestatus sum omnē industriam meam: qua sub sole studiosissime laborauī: habiturus heredē post me: quem ignoro vtrum sapiens vel stultus futurus sit/z dominabit in laboribus meis: quib⁹ desudaui z sollicit⁹ fui. Et est quicquā tam vanuz: quasi diceret nihil. Scientia vero est illa/que confert beatitudinē homini habenti eam. Unde Prouerb. xj. Justi autē liberabunt scientia. Item. ps. Beatus homo quē tu eruditeris domine: z de lege tua docueris eū. Propterea Dauid orabat dicens. Bonitatez z disciplinā z scientiā doce me. Uñ z doctis z doctoribus alior⁹ pmittitur excellens glia in vita futura. Dañ. xij. Qui docti fuerint fulgebunt: quasi splendor firmamenti. Et qui ad iustitiā eruditi⁹ plurimos: erūt quasi stelle in perpetuas eternitates. Econtra vero qui nō habent scientiā reputant⁹ vani z miseri: iuxta illud. Sap. xiij. vani sunt homines/in quibus non subest scientia dei. Et ideo dñs sacerdotem ignorantem increpat dicēs. Quia tu scientiam repulisti repellam te: ne sacerdotio fungaris mihi. Osee. iiij. Nota moraliter. Unde procedit quod laici: clerici: sacerdotes: z omes vitijs vacant z rtbaldarijs: nisi quia non occupant se ad scientias acquirendas. Unde Esaie. v. Propterea captiuus ductus est popul⁹ me⁹: quia nō habent scientiam. Nota. Captiuus a diabolo z peccatis: qz qui facit peccatum seruus est peccati. Joan. viij. Si ergo vacaret scientijs acquirēdis imunes essent ab hutusmodi vitijs. Tum propter fugam ocij/quod est sentina omnium vitior⁹. Tum propterea amorem scientie/q̄ sic alliceret eos quod nō cuperent carnalibus vitijs delectari: presertim si vacarent scientie scripture sacre. Nam vt dicit Hieronymus ad Paulinū. Ama scientiā scripturar⁹: z carnis vitia nō amabis. Unde z Auroza. Jugiter hec legere meditari inquirere nosse. Qui nisi celesti luci ciboq̄ frui. Et sic patet primū medium trium ra-

tionum/quare scientie dicuntur vere diuitie. Auctoritas. Prouerbioꝝ. viij. Accipite disciplinam meam: ⁊ non pecuniā. Doctrinam magis q̄ thesaurū eligite. Melior est enī sapientia cunctis opibus pretiosissimis. Et oīne dēsiderabile ei nō potest comparari. Item. Ps. Bonum mihi lex oris tui: super milia auri ⁊ argenti. Item Sap̄. vij. Proposui illam regnis ⁊ sedib⁹. Et diuitias nihil esse dixi in cōparatione illius. Nec comparaui illi. lapi. preci. quoniā oīne aurum in comparatiōe illi⁹ are, est exigua ⁊ tan. lutum esti. ar. in conspectu illius. De ciuili etiam sapientia dicit iurisconsultus Vlpianus: et habetur. ff. De varijs ⁊ extraor. cogni. lib. j. Est quidem res sanctissima ciuilis sapientia: et q̄ precio nummario nō sit estimanda. Et sic patet ratio/quare apostolus vocat scientias diuitias dicens in themate. Diuites facti estis in oīni scientia. Pro fundamento p̄monis oritur theologicalis q̄stio.

¶ Queritur vtrū donum intellectus q̄ dicitur scientie simul consistat in contemplatōne creatoris ⁊ creature. Arguitur q̄ non: sapientia et scientia differunt ⁊ sunt diuersa dona: per quod vnum eoꝝ est circa temporalia: aliud vero circa eterna: ergo si donum intellectus est vnum: videt quod non possit esse circa illa duo. In oppositum ait magister sen. in. iij. dist. xxxv. Intelligentia nō modo de eternis est: sed etiam de rebus inuisibilibus ⁊ spiritualibus: temporaliter exortis, ergo donum intellectus quod scientia dicit simul cōsistit in contemplatione: creatoris et creature. Et sic questio maner p̄ vtraq̄ p̄te dubia.

¶ Ad questionē respondendū est: ex Bonauen. super. iij. senten. distin. xxxv. q. iij. q̄ cognitio de deo sub ratione veri potest haberi scōm simplicem modū. Vno modo habetur cognitio de deo per simplicem assensum. Alio modo p̄ rationis adminiculum. Tertio modo per simplicem cōtentum. Primum est virtutis fidei/cuius est assentire. Scōm est doni intellectus/cuius est p̄ rationes abscondita intelligere. Tertium est beatitudinis munditie cordis/cuius est deum videre: quoniā ergo rationes fm quas iuuamur ad credita intelligenda/accipiant non solum a conditionibus creature spiritualis: que inter creaturas primioꝝ habet assimilationez ad creatorem. Hinc est quod donū intellectus cuius actus est in contemplatione summi veri eternari p̄ lumen/quod nō solum facit assentire: sed etiam p̄ congruas rationes credita intelligere: non solum attenditur in contemplatione creatricis essentie: sed etiam spiritualis creature: et ex hoc patet quis sit actus: ⁊ obiectum p̄prium ipsius doni intellectus: quoniā obiectum eius est ipsum verum eternum/in quātum intelligibile nō solum secundum p̄rias conditiones: sed etiam scōm quod p̄rietates creaturaꝝ sibi similiū secundū quod dicit magister in littera: actus vero eius est contemplari ipsum verū creditū: vt deuotius credatur: ⁊ ardentius diligatur: ⁊ ita donum intellectus cōsistit in cōtemplatione rationalis creatoris et spiritualis creature: sicut ostendunt rationes que ad istam partem sunt inducte. Et ad argumentuz dicitur q̄ donum scientie et sapientie distinguūtur: quia hoc est circa temporalia: ⁊ illud circa eterna ⁊c. Jam patz responsio: quia non est simile: sapientia enī negotiat circa eterna/secundum rationes eternas. scientia vero circa creata: secundū rationes creatas: ⁊ quia habent diuersa obiecta secundū rationē merendi et dirigendi/hinc est quod sūt dona diuersa. Intellectus vero siue circa creaturā/siue circa creatoꝝ negotietur, semp̄ refert ad rationes eternas/ad quas per creaturas etiā eleuat cōtemplandas. Et iō vnū solū donuz est quāuis illa sunt plura: ⁊ ex hoc colligi potest/q̄ donuz intellect⁹ ē infra sapientiā ⁊ supra scientiam: de qua fit sermo: iuxta p̄ba p̄assumpta: ⁊ sic de alijs.

¶ De eodem. Sermo. xcv.

Sed vt hāc rationem vltimam latius p̄sequamur: videlicet quomodo scientia faciat hominem beatum seu felicem: est notandum q̄ fm sententiam theolo-

gorum ꝛ philosophoꝝ eorum qui recte sen serunt: beatitudo hominis in dei cognitione consistit: non autez in diuitijs: non in fortitudine: non in dignitate: non in voluptatibus: nec in honore. Auctoritas veteris testamenti. Hieremie. ix. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Et nō glorietur fortis in fortitudine sua: ꝛ non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur/qui glorietur scire ꝛ nosse me: qꝛ ego sum dominꝰ. Ad idem auctoritas noui. Joan. xvij. Hec est autem vita eterna: vt cognoscant te solum verum deum. Et quē misisti Jesum christum. Sicut autē tangit Thomas in quarto cōtra gentiles in ipꝝ principio: potest de eo et de diuinis tripleꝝ haberi cognitio: ad quarum quamlibet scientia hominem disponit: manuducit et instruit.

Prima est cognitio ꝑ rationē naturalē: ꝛ hec est bona.

Scōa est ꝑ reuelationē diuinalē: ꝛ hec est melior.

Tertia est ꝑ visionem supernalē: et hec est optima.

In primis tamen duabus cognitionibus consistit non ꝑfecta beatitudo hominis: sed imperfecta. In tertia vero ꝑfecta: vt ꝓbat Tho. in. iij. ꝓtra gētiles. c. xxxvij.

¶ Prima ergo cognitio habetur/per medium creaturarum ex quarum cognitione deuenitur ad cognitionem dei demonstratione: quia sicut per effectus ad causam. Declara hoc sicut scripsi in sermone ō articulis fidei sermone octauo/vbi agit de articulo primo fidei: videlicet de vnitate dei parte. j. Auctoritas. Rom. j. Invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoꝙ virtus eius et diuinitas. Item Sap. xiij. A magnitudine enim speciei creature cognoscibiliter poterit horum creator videri. Hāc ergo cognitionem dei siue hunc modum cognoscendi deū instruit nos scientia metaphysice. Huic autem scientie metaphysice omnes alie scientie et liberales artes humanitus adinuente deseruiunt. Videamus quomodo. Et ꝓmo quidē deseruit philosophia naturalis. Vide Augusti. in tertio de doctrina christiana. Nam medium huius cognitiōis diuine que habetur per metaphysicam sumitur a creaturarum cognitione vt dictum est. Creature autem tunc perfecte cognoscūtur cum earum nature et cause percipiuntur quia vt dicit philosophus. Tunc vnum quodq; scire arbitramur cum eius causam cognoscimus: qꝛ obiectum intellectꝰ est qō quid id est rei essentia. vt dicit in tertio de anima. Ideo ad huius diuine cogitationis habendam noticiam necesse est scire naturas rerum et earum diffinitiones seu causas. Quia etiam ad vacandum huic speculationi: requirit valitudo corporis: quia alias fantasia non esset apta ad formandum fantasmata per que intellectus passibilis intelligit cē. Ad hec autem deseruit medicina: que subalternatur philosophie naturali. Secundo deseruit ei philosophia moralis. Nam ad cognitionez dei nō potest homo pertingere: nisi mēte purgata a vitijs ꝛ voluptatibus: quibus infectus animus hominis non solum de deo sed nec de creaturis cognitionem perfectā habere potest: quia vt dicit Boe.

Nubibus atris Cōdita nullum
Fundere possunt Sidera lumen

Ideo consulens subdit.

Tu quoq; si vis Cernere verum,
Tramite recto Carpere callem.
Gaudia pelle. Pelle timorem.
Spemq; fugato. Nec dolor adsit.

Et subdit rationem dicens.

Nubila mens est Vinctaq; frenis.

Hec vbi regnant. Ad hanc autez purgationem animi per bonos mores et virtutes deseruit nobis philosophia moralis quaz tractat Aristoteles in ethica. Ideo dicit Augustinus in octauo de ciuitate dei. ꝙ propterea Socrates vniuersaz philosophiam ad componendos corrigendosq; mores flexisse memoratur: cum ante illum omnes magis physicis id est naturalibus rebus ꝑcurandis operam maximam impenderint: quia scilicet primas atq; summas causas rerum: quas non nisi in vnius veri ac summi dei voluntate esse credebat non putabat nisi mundata mente posse ꝓprehendi. Et ideo purgāde bonis moribꝰ vite censebat instādū, vt de

primentib⁹ libidinib⁹ exoneratus animus naturali vigore i eterna se attollere naturā q̄ corporei ⁊ imutabilis luminis: vbi cause omniū factarum naturarū stabiliter vivit intelligēcie puritate ꝓspiceret. Hec ille. Tertio huic cognitōi diuine deseruit economica hoc modo. Quia em̄ debitores sumus etiam proximis nostris quos sicut nos diligere tubemur: iuxta illud Eccl. xvij. Deus mandauit vnicuiq; ō proximo suo. Et Matth. xxij. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Terenti⁹. Homo sum/⁊ nihil humani a me alienum puto. Unde ⁊ phs in. ix. Ethi. dicit: q̄ amicabilia que sūt ad amicos: videt venire ex his que sunt ad seipsum. Et quo dicto colligitur q̄ illa debemus velle amicis que ⁊ nobis. Ideo ad hanc purgationē mentis que habetur per virtuosam vitam debz homo diligere etiam proximos suos: vt possint esse capaces/etiam ipsius diuine cognitionis. Debet autem homo facere preserti erga illos quorum curam gerit: quia aliter contra ius federis humani faceret. Un dicitur. j. Tim. v. Si quis suorum ⁊ maxime domesticorū curam non habet/ fidem negauit: ⁊ est infideli deterior. Potest aūt hic habere curam aliorū dupliciter. Uno modo tanq̄ persona priuata: sicut paterfamili. domus. ⁊ sic tenetur homo habere curam familie sue/⁊ diligenter ipsam verbo ⁊ exemplo instruere ⁊ prouidere vt per virtuosam viam incedat. Et ad hoc deseruit economica/que est vna pars philosophie moralis. Alio modo homo potest habere curam aliorum tanq̄ persona publica: sicut est princeps vel rector ciuitatis. ⁊ sic debet habere scientiam gubernādi rem publicam: vt ciues virtuosi viuant. Et ad hoc Quarto deseruit politica que est etiā alia pars philosophie moralis. Huic autē politice subalternat scientia iuris canonici ⁊ ciuilis. Cuius precepta sunt hec. Honeste viuere: alterum nō ledere: ius suum vnicuiq; tribuere. Insti. de iusti. ⁊ iur. in princi. Quinto deseruiūt huic cognitōi diuine etiam artes liberales. Primo quidez grammatica. Quia enim ad p̄dictas scientias agnoscendas/quibus manuducimur ad dei cognitionem: indigemus auxilio doctorum qui predictas scientias conscripserūt. Non em̄ sufficeremus ex nobis ipis ad oia p̄dicta inuenīēda ⁊ cognoscenda: eo q̄ vita breuis/ars vero longa. ō necessariū est nobis legere libros eor/⁊ consequēter eor idioma intelligere/in q̄ illas scias tractauerūt. Quia aūt idioma eorum fuit in grāmatica: ratiō oportz scire grāmaticā. Tum ꝓpter intelligēdos libros eor. tū etiā ꝓpter cōicandū scientiā nostraz alijs. Ula grāmatica dicit sciēcia recte loquēdi atq; scribendi. Secdo huic diuine cognitioni deseruit dialectica. Nā in cognoscēdis ⁊ capescendis p̄dictis scientijs sunt multe difficultates ⁊ obscuritates. Tū ꝓpter modicitatē intellectꝰ nr̄i: qui vt ait phs: ita se habz ad manifestissima in natura: sicut oculus noctue ad solē. Tū etiā ꝓpter difficultatē rerum in seipsis. Propter quod ōr Salomon Eccl. j. Cuncte res difficiles nō pōt homo eas explicare ſmone. Et inde videm⁹ q̄ multi philosophi antiqui in multis errauerūt/⁊ cōtraria inter seipsos senserūt. vt Aug. refert. xviij. de ciui. dei. ⁊ ꝓpter hoc etiaz forsasse Socrates tedio rerum obscurarū philosophiā ꝓmouersam ad corrigēdos cōponēdosq; mores flexisse memorat: vt dicit Augu. viij. de ciuit. dei. Ideo ne possim⁹ facilit decipi tam a nobis q̄ ab alijs/ne accipiam⁹ falsuz ꝓ vero ⁊ ecōuerso. Ideo necessariū est nobis habere modū cognoscendi/arguēdi/⁊ discerdi verū a falso: ⁊ ad hoc deseruit dialectica: q̄ sicut dicit Aug. plurimū valet in dissoluendis q̄stionib⁹ etiam sacre scripture: rū ibi cauenda est libido riṗndi/⁊ puerilis quedam ostentatio decipiēdi: sicut plerīq; insipientes delectantur. Contra quos dicitur Eccl. xxxij. Qui sophistice loquit: odibilis est. Tertio deseruit etiam Rhetorica. Quia em̄ ad dirigēdos ꝓximos nostros ad beatitudinem istam que ꝓsistit in cognitione dei: vt dictū est ⁊ ad purgandos animi: indigem⁹ aliquib⁹ rationib⁹ ꝓsuasiuis. Ideo ꝓsequenter indigem⁹ aliqua scientia ad ꝓsuadendū eis ⁊ trahēdū eos vt dicitur ⁊ affabiliter: ad hoc quia nō violēta sed beniuolentia trahendi sunt ad salutem: iuxta illud Apostoli. Non ex tristitia/aut ex necessitate: hilarem enim datorē diligit deus. ij. Cor. ix. Coacta em̄ seruitia nō placent deo. Ad hoc aūt deseruit

rhetorica. Unde ꝛ docto. antiqui eloquē/ ter libros conscripserūt: vt non solum in/ structurent intellectū: sed etiam legentiū af/ fectum attraherent psuassionibus rhetori/ cis. Nam vt ait Augu. in. iiij. lib. de doct. christiana in prin. Cum sit in medio posi/ ta facultas eloquij que ad persuadenda seu prana seu recta plurimuz valet: cur nō bonoꝝ studio comparatur vt militet ve/ ritati si eam mali ad obtinendas peruer/ sas vanasq causas in vsus iniquitatis et erroris vsurpāt ꝛc. Quarto deseruit mu/ sica que est scientia delectabilis. Quia em̄ mens nostra corpori vnita, non potest sem per ꝛ continue vacare hmōi cōtemplatio/ nibus diuinis: propter humanam fragili/ tatem. Ideo expedit vt quandoq interpo/ nantur alique occupatiōes delectabiles et honeste: quib⁹ animus resecatus possit fortius cōtemplationes illas resumere. et idcirco adinuēta est musica: ne alias tedio torperemus aut vacarem⁹ ocio: quod est sentina omnium vitiorum. Et etiam for/ tasse vt animus noster ex melodia musica li attraheꝝ ad deuotionem/ et subleuare tur ad diuina. Unde ꝛ in officijs ecclesia/ sticis sacri doctores instituerūt etiam me/ lodias musicales: q̄ valde deseruiūt con/ templatiōi ꝛ deuotioni audientium. Uñ de Augu. legimus q flebat vberrime in hymnis ꝛ canticis suaue sonantis ecclesie vocibus vehementer affectus. Et de Ce/ cilia legitur q cantantib⁹ organis Cecilia in corde suo: soli domino decantabat di/ cens Fiat domine cor meum immaculatū vt non confundar. Item Dauid sonando psalteriū/ eleuabatur ad cōtemplandū de/ um/ ꝛ spiritusancto adeo replebaꝝ vt tunc prophetaret. Et alibi legitur q ipso pul/ sante citharam quiescebat Saul a vexati/ one spūs mali. j. Reg. xvj. Ideo hic potes etiam dicere si expedit q poete fingunt de Orpheo: et tagit Boetius in. ij. de con/ solatione ꝛc. Quinto deseruit Astrono/ mia: ad cognitionē enim dei non solū ma nuducit ꝓsideratio et cognitio creaturarū inferiorum que sunt sub celo: que habetur per philosophiā naturalem: vt dictum est supra: sed etiam maxime deseruit ꝛ manu ducit cognitio corporum celestiū, i, celorū: planetarum: ꝛ syderum et cursus earū. in quoq ꝓpietatibus et motib⁹: maxime co g noscitur mirabilis ꝛ ineffabilis ordo diui ne sapientie. Ad hoc aūt deseruit Astro/ nomia. De Astronomia seu astrologia di cit Aug⁹. in. ij. de doctrina christiana: q̄ si nihil adiuuat ad intelligentiā diuinarū scripturarū: ꝛ infructuosa intētione plus impedit. Hec etiaz scientia hodie abijt in desuetudinem sicut dicit Gratian⁹. xxv. q. ij. c. Sors. Sexto defuit Arithmetica Nam astronomia perfecte haberi non po test: nisi sciantur ꝓpositiones numerorum quos vocet Arithmetica. Et ideo oportet hanc scire/ quasi viaz ad illam. Septimo deseruit Geometria eadem ratōne qua ꝛ Arithmetica. Astronomia em̄ nō pōt per fecte sciri/ nisi agnoscanꝰ dimēsiones siue mensure ꝛ q̄ntitates rerum: ꝛ cognoscanꝰ q̄ntitates astroꝝ: ꝛ distantias siderum et cursus eorum/ ꝛ ad hoc deseruit Geome/ tria. De Arithmetica Geometria ꝛ Mu sica. dicit Hieron⁹. sup epistolā ad Tituz q ꝙ̄uis ꝓtineant veritatē/ tamen nō sunt scientie pietatis: ꝛ habek in decret. xxxvij. dist. Si quis grāmaticam. Et predictis ergo patet: q omes scientie ꝛ artes libera/ les manuducūt hominē ad cognitionem dei: in qua beatitudo humana consistit q̄ꝙ uis diuersimode: quia quedā immediate sicut ē metaphysica: quedā vero mediate sicut alie scientie et artes. Fiat ergo ratio formalis sic. Illa ꝙ que manuducit homo ad beatitudinē faciunt hominē beatū/ sal tem ꝙ modum cause instrumētalis dispo sitiue. Sed scientie manuducūt homines ad cognitionē dei/ que est beatitudo huma/ na: ergo ꝛc. Patet ꝓclusio. ¶ Scōa vero cognitio de deo habek ꝙ reuelationē diui/ nalem: ꝛ hec est melioꝝ ꝛ pfectioꝝ: q̄ meli/ oꝝ ꝛ pfectioꝝ medio innititur q̄ꝙ prima: quia prima innitik medio creature/ ꝙ cui⁹ cognitionē quasi ꝙ quandā scalam ascen/ dit homo ad cognitionē creatoris: vt di/ cuz est. Hec aūt cognitio innitik medio creatoris reuelantis. Hec pōt ista cogni/ tio siue iste modus cognoscēdi deuz natu/ raliꝰ haberi ab hoie: ꝛ hec sunt ea q̄ sunt fi dei. Da exempluz de trinitate ꝑsonaꝝ: de incarnatiōe seu eucharistia: ꝛ alijs articu/ lis fidei: ad quoꝝ cognitionē ex puris na turalib⁹ non potest homo ꝓtingere: quia

transcendūt limites rōnis hūane. Vñ nec Anaxagoras: nec Pythagoras: nec Plato. nec Aristoteles: nec alij phi prigerunt ad hunc modū cognoscendi deum. Habetur em̄ solum ex dei reuelatione: iuxta illō Rom̄. x. Fides ex auditu: auditus aut̄ p verbū christi. Item Esa. vij. Nisi credideritis non intelligetis: fm aliam litteram. Propterea dicit Aplus. j. Cor. ij. Loquimur dei sapientiā: quā nemo principum huius seculi cognouit. Glosa. i. phor. Et subdit. Nobis aut̄ reuelauit deus p spiritum suū. Ad idem. j. Cor. xij. Nemo pōt dicere dñs Jesus/ nisi in spiritu sc̄o. Item Baruch. iij. Viam sapientie nescierunt: neq; cognouerūt semitas eius. Reuelasset aut̄ eis deus: si intellectū p̄riū dei imperio subiugassent. Sed p̄pter superbiam eor obcecati fuerūt. Nam vt dicit aplus. Cum deū cognouissent: sez quantū ad rationes naturales: vt p primā cognitionē: z hanc habebāt phi: non aut̄ sc̄dam. Et ideo nō sicut deū gl̄ificauerūt/ aut gratias egerunt: sed euanuerūt in cogitationibus suis. Et obscuratū est insipiens cor eoruz. Dicentes em̄ se esse sapientes stulti facti sunt: z mutauerunt gl̄iam incorruptibilis dei/ in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: z volucrum z quadrupedū/ z serpentiuz zc̄. Ro. j. Hec ergo cognitio dei q̄uis naturaliter haberi nō possit: tñ necessaria est ad salutem: iuxta illud apli. Heb. xj. Oportet accedentē ad deum credere zc̄. Et ibidem. Sine fide impossibile est placere deo. Hanc aut̄ cognitionē docet nos sciētia theologie/ que est longe excellentior z nobilior alijs scientijs zc̄.

¶ Tertia cognitio dei habet p visionem. Et hec habebit in patria/ quādo videbimus eum sicuti est. j. Joan. iij. Et hec est optima. Vnde Aplus. j. Cor. xiij. Ex parte em̄ cognoscim⁹: z ex parte p̄pheramus: cum aut̄ venerit quod perfectuz est euacuabit quod ex parte est. Et infra Videmus nunc p speculū in enigmate: tūc aut̄ facie ad faciem. Ad hanc aut̄ cognitionē dei pfectam ordinatur homo: z manuducitur p scientiā theologie: que p̄pter hoc instituta est a deo/ vt illa mediāte saluemur: iuxta illud. Jo. vlt. Hec aut̄ scripta sunt vt credatis: quia Jesus est filius dei/ et vt credentes vitam habeatis in noie ipsi⁹: et sic de sc̄a cognitione que habet p reuelationē transfert homo ad hanc tertiā q̄ habetur p visionē: iuxta illud apli. j. Cor. iij. Nos vero oēs reuelata facie gloriaz dñi speculantes/ in eandē imaginē transformamur a claritate in claritatē: tanq̄z a dñi spiritu. De hac triplici cognitione habet vna auctoritas. Job. xxvj. Ecce hec ex parte dicta sunt viaz eius: z cū vix parvam stillam sermonū eius audierim⁹: q̄s poterit tonitruū magnitudinis ei⁹ intueri?: Quaz auctoritatē sic exponit Tho. in. iij. contra gentiles in princi. q̄dcit. Ecce hec ex parte dicta sunt via p. eius. ad p̄mā ptinet: quia p vias creaturarū in die cognitionē noster intellectus ascendit. Et q̄z has vias imperfecte cognoscim⁹ recte adiūxit ex parte. Et pte em̄ cognoscim⁹: sicut aplus dicit. j. Cor. xiij. Quod vero subdit. Et cum vix paruā stillā sermonū eius audiuerim⁹. Ad sc̄dam cognitionē pertinet/ put diuina nobis credenda p modum locutionis reuelant. Fides em̄ vt dicitur. Rom̄. x. Est ex auditu/ auditus aut̄ per verbum dei. De quo etiā dicit. Joā. xvij. Sanctifica eos in veritate: sermo tu⁹ veritas est. Sic igit quia reuelata veritas d̄ diuinis nō videnda: sed credenda p̄ponit recte: d̄ Audiuim⁹. Q: vo hec imperfecta cognitio efflxit ab illa pfecta cognitione/ q̄ diuina veritas in seipsa videt/ dum a deo nobis mediantib⁹ angelis reuelat qui vident faciem patris: recte notat Stillam. Vnō z Joel. iij. dicit. In die illa stillabūt montes dulcedinē. Sed quia nō omia mysteria/ que in prima veritate visa angeli z alij bti cognoscūt: sed quedā pauca nobis reuelant: signant addidit. Paruā. Dicit em̄. Eccī. xlij. Quis significabit eū: sicut est ab initio. Vltra abscondita sunt maioza his: pauca em̄ vidim⁹ operū eius. Et dñs discipulis dicit Joā. xvij. Vltra habeo vobis dicere: que nō potestis portare modo. Hec etiā pauca que nobis reuelantur sunt/ quibusdā siltudinib⁹ z obscuritatib⁹ verboz nobis p̄ponunt: vt ad ea q̄z capienda soli studiosi quenīāt. Alij vo quasi occulta venerent/ z incredulj laceprare nō possunt. Vnō dicit aplus. j. Cor. xiij. Videm⁹ nunc p speculū in enigmate,

Signanť addidit vir: vt difficultas ostẽderet. Quod vero subdidit. Quis poterit tonitruũ magnitudinis eiꝰ intueri: ad tertiã cognitionẽ ptinet: qz prima veritas cognosceť non sicut credita: sed sicut visa. Videbimus eñ eum sicuti est: vt dicit. j. Joã. iij. Unde dicit Intueri/nec aliquid modicuz de diuinis mysterijs ꝛcipiet: sed ipsa maiestas diuina videbit ť ois bonorũ pfectio. Unde dñs ad Moysen dixit. Exo. xxxij. Ego ostendã oẽ bonuz tibi. Recte ergo dr Magnitudinis. Non autẽ ꝓponetur veritas hominis aliquib⁹ velaminib⁹ occłata: sed oino manifesta. Ut dñs discipulis suis dicit. Joã. xvj. Uenit hora cũ iam nõ in puerbijs loquar vobis: sed palam de patre annũciabo vobis. Signanter ergo dicit Tonitruũ: ad manifestationẽ insinuandã. Hec Tho. vbi supra. Ex predictis autẽ inferť/q̃ scientia theologie ꝑ quam habeť scõa cognitio dei: de qua supra: longe est excellentior q̃ metaphysica: ť mlto magis q̃ alie scientie ť̃c. Deo gratias. Amen.

Collegij Societatis Jesu Paderbornæ.

Finis sermonũ de Sanctis eximii

Concionatoris F. Petri Hieremie siciliensis predicatoꝝ ordinis/quos gallice pubis negligẽtia adeo prioꝝ excusione corruperat: vt nõ satis sit estimare/ ne illi maius fuerit Petri Hieremie scripta deꝑuadi studiũ: an suis erroribꝰ ingenia studiosoꝝ eludendi. vtcũq̃: nos tantũ pro virili corruptiõi tollende insudauim⁹: q̃tum ingenij penuria sinebat: vt imꝑmis allegata tũ veteriꝫ nouiq̃ instrumẽti tũ iuris canonici ť ciuilis ac Hieronymi Augustini q̃ dicta: ertiã ẏba a grãmaticali lege ť ordine deuiãtia restitueret: vt oia nũc planiora ť lucidiora diligẽs lector cognosce re possis. Si tñ adhuc aliqua suberũt veteriꝫ vestigia mẽde: cogitare debebis casu non studio actitatũ: ne mens tua securitate marcescat: nobis certe voluisse sat est: cũ vena rarẽ aliquas non oẽs capientẽ feras forsitã cõmendet industria. Imꝑimebat itaq̃ hos sermões D. Joãne Rynma de Oringaw expensas impendente: cura ť labore suo Henricus Gran: in oppido Hagenaw: mense Septembri. Anno salutis. M.D. xiiii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN